



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus VIII. De Sigillo Confessionis. Prologus ante Res. 1. Miraberis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

TRACTATUS OCTAVVS
DE
SIGILLO CONFESSIONIS.

MTRABERIS fortasse, amice Lector, me in sequenti tractatu strictiores semper opiniones amplecti, qui tamen in aliis ad exonerandas conscientias benignioribus libenter adhasi; sed ita merito faciendum esse duxi; laxæ enim opinio circa presentem materiam odiosum, ac onerosum efficiunt sacramentum Penitentia, quod facile & leue à nobis reddendum esse, omnis recta ratio exposulat. Igitur in his materiis quando due adsunt opiniones, semper illa debet amplecti, quæ fauet Sacramento. Ad cuius sacrosanctum Tribunal alliciendi potius, quam retrahendi sunt penitentes. Adde quod licet, speculatiuè loquendo, multe ex infrascriptis opinionibus contra sacrum sigillum sint probabiles; tamen, ut concedunt ipsimet Doctores contrarij, ut in praxi sine peccato decantur, cum tantis circumspèctionibus faciendum est, ut difficile sine aliquo scandalo fieri possit existiment. Rectè igitur in hac materia semper à Confessorijs in fauorem sacri sigilli tenendum esse puto, quibus in mentem adduco factum Iacobi I. Aragonia Regis, qui Gerundensij Episcopi linguam à tergo extrahi imperauit, quod confessionem Regis detexisset, ut refert Alaricus de disciplina tuenda, lib. 2. c. 19. n. 2. digna profecto tanto crimine pena, si à legitimo iudice infligenda fuisset. Caucant igitur silentarij, ut cum antiquis loquar, ne dent linguarum.

RESOLVTIO PRIMA.

Quotuplex sit sigillum?

Et an sigillum sacramentale ita obliget, ne iniuria fiat Sacramento, ut in nullo vitæ casu, nec etiam pro tuendo Rege, vel liberando toto Orbe ab iniusta conflagratione infringi possit; imò nec etiam violari poterit, quamuis vniuersa Ecclesia, & Fides tota Christiana per impossibile pereat, nisi sacramentale sigillum reueletur? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 1.

§. 1. **R**ESPONDEO duplex esse sigillum, alterum sacramentale, alterum naturale, non quod omne sigillum sacramentale non sit etiam naturale, sed quod non omne naturale sit sacramentale, vnde sequitur fortius esse sigillum sacramentale, quam naturale, maiorémque ac fortiozem esse illius obligationem, quam huius, quoniam obligatio sigilli naturalis solum à Deo, quatenus auctore naturæ, & ideo à lege naturali in proximorum bonum, introducta fuit: obligatio autem sigilli sacramentalis introducta est à Christo quatenus Deus est, & auctor gratiæ, quæ per Sacramentum confertur. Vnde patet distinctio inter secretum naturale, & sigillum sacramentale; nam secretum naturale cum introductum sit in bonum proximi, in multis casibus non obligat quoties scilicet in detrimentum proximi vergit, temporale, vel spirituale in datum publicum & commune: dicitur etiam lex naturalis, ne aliis nocemus, sicut nobis ab aliis noceri nolumus; sigillum verò sacramentale ne iniuria fiat Sacramento, ita obligat ut in nullo vitæ casu, nec etiam pro tuendo Rege, vel liberando toto Orbe ab iniusta conflagratione infringi possit, imò nec etiam violari poterit, quamuis vniuersa Ecclesia, & fides tota Christiana per impossibile pereat, nisi sacramentale sigillum reueletur. Ita Doctores omnes communiter.

RESOL. II.

Quotuplex sit malitia in frangendo sigilli sacramentale? Et an duplicem culpam morti alem specie diuersam committat violator sigilli, vnam contra Religionem iniuria Sacramento afficiendo, reddendæque illud odiosum penitentibus, alteram contra iustitiam infamando proximum, cuius delictum occultè proditor, & an teneatur in conscientia infradictum violator sigilli hanc duplicem circumstantiam confiterisicari duplicem committit culpam lethalem etiam diuersam specie, qui frangit illicitè secretum naturale, quod suo iuramento seruire promisit?

Et notatur, quod tunc committitur hoc peccatum, à Confessorio, quando volens, & aduertens aliquid ex confessione reuelat. Et an in aliquo casu possit Confessorius excusari à criminali, quando aliquod diceret ex quadam inauertentia? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 2.

§. 1. **R**ESPONDEO duplicem, vnam sacrilegij contra reuerentiam debitam Sacramento, aliam contra iustitiam infamam, secundum quam tenetur seruire secretum commissum in confessione & vtraque malitia est inseparabilis, quia in nullo casu potest reuelari secretum confessionis, quin vtraque malitia reperiat. De prima malitia sacrilegij constat affirmatum, quia semper dum frangitur sigillum, fit iniuria Sacramento. Secunda malitia iniustitiæ exinde patet, quia inter Confessarium & penitentem intercedit virtuale quoddam pactum de seruando isto secreto in omni casu, & sine vlla exceptione eius: ergo violatio cum semper sit iniusta, semper inducet peccatum contra iustitiam infusam. Cum igitur duplex ac geminata malitia in delicto reuelationis sigilli sacramentalis inueniatur, sequitur etiam duplicem culpam mortalem specie diuersam committi à violatore sigilli, alteram contra Religionem, iniuria Sacramentum afficiendo, reddendæque illud odiosum penitentibus; alteram contra iustitiam infamando proximum, cuius

enius delictum occultum proditur, & teneri in conscientia prædictum violatorē hanc duplicem circumstantiam confiteri, scilicet duplicem quoque committit culpam lethalem, diversam speciem, qui frangit illicitē secretum naturale, quod sub iuramento feruare promisit; quia iuramentum trahit peccatum ad speciem peritij, unde committit peccatum peritij, & peccatum iniustitiae, quæ sunt circumstantiæ diuersæ, & ita docent Ochagauia de Sacram. 3. de sigillo, q. 1. n. 4. & Kellionius in 3. p. tom. 2. q. 1. 1. art. 1. cum Fagundes p. 2. lib. 6. c. 1. n. 6. & aliis communiter.

2. Nota verò tunc committi eiusmodi peccatum à Confessario, quando volens & aduertens aliquid ex confessione reuelat: quare si quando aliquid ex ea diceret, ex inadvertentia quadam, excusari posset à peccato mortali. Vtrū autem & tunc posset excusari à veniali, non facile dixerim. Suarez quidem asserit Confessarium aliquando posse etiam excusari ab omni veniali ex defectu voluntatis, & tunc quando reuelatio esset omnino indirecta, & ipse nullo modo aduertet. Quod neque satis probare possum; nam in primis certum videtur sufficere reuelationem indirectam, quæ aliquo modo probatur peccator ad hoc, ut quis dicatur fractor, sigilli; quare ex hoc capite non excusaretur à peccato. Præterea hoc ipso, quod Confessarius non aduertat, cum tamen teneretur, & deberet ex officio aduertere, non videtur excusandus saltem ab omni veniali, id quod etiam tandem videtur voluisse ipse Suar. ibid. in fine, admonens Confessarios ne quid tale committant ex negligentia, quod aliquo modo possit confessionem penitentis manifestare, & ita docet Onuphrius episc. de sigillo sect. 5. q. 1.

RESOL. III.

An penitens, si accedat ad confessionem sine attentione, vel proposito, Confessarius teneatur ad sigillum? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 2. 6.

§. 1. Licet penitens à principio accedat sine proposito recipiendi absolutionem, vel sine contritione & proposito emendæ, si tamen habeat animum se accusandi, ut poterit, ut aliquo modo satisfaciat Ecclesie, vel ut aliquo modo medelam recipiat à Sacerdote, obligat Sacerdotem ad sigillum, quia illa accusatio est saltem inchoata confessio, & ita docet Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 3. sect. 2. in fine.

2. Verum hæc doctrina sic generaliter intellecta difficilis videtur Petro Ochagauia de Sacram. 3. de sigillo, q. 1. n. 7. unde distinguendum esse putat. Si enim nullum sit propositum emendæ, & nullus dolor ad sit in penitente, non obligabitur Confessarius ad sigillum, quia iste penitens non habet animum efficiendi confessionem sacramentalem, sed animum illudendi, vel alium similem, vel animum petendi consilium, quia confessio non est sine aliquo dolore, & sine isto animo non obligat ad sigillum. Quod si ad sit aliquale propositum emendæ, & aliquis dolor, licet imperfecta sint hæc duo, & non sufficientia ad efficiendum verum Sacramentum, tunc obligat sigillum, quia penitens habet animum confitendi sacramentaliter, & alias retraherentur homines à confessione huiusmodi; quæ tamen utilis est, ut homo à Confessore instruat ad veram confessionem efficiendam. Et ita hanc sententiam cum supradicta distinctione tenet etiam Malderus tr. de sigillo, cap. 15. Reginald. 10. 1. lib. 3. c. 5. n. 66. Henric. lib. 6. c. 21. n. 3. in glossa litt. N. & Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. cum Kellionio tom. 2. in 3. p. q. 11. art. 2. dist. 2. & ibi etiam Merceros.

Tom. 1.

RESOL. IV.

An confessio facta iniuriose Sacerdoti cadat sub sigillum?

Et an laicus, qui putatur esse Sacerdos errore penitentis, teneatur ad sigillum, sicut & ille, qui prope constitutus audit, quid Confessori penitens dicat? Ex part. 5. tractat. 1. Ref. 3. 4.

§. 1. Respondeo quod si Confessarius voluntatem habuit audiendi, sed non absoluedi, obligat. Item si initio voluerit audire, sed in progressu fiat iniustus. Si autem ab initio recuset, & tamen audiatur, videtur non obligari, quia non audit ut Deus, siue vice Dei, renuit enim fungi officio sacerdotali, & ita tenet Suarez. Existimo tamen (si nihilominus penitens ei vice Dei, ut putat, sua peccata detegat) teneri propter conatum penitentis, qui tanquam vice Dei conatur ei loqui, sicut diximus teneri laicum, qui putatur esse Sacerdos errore penitentis, is enim tenetur celare peccatum, etiam si omnino iniustus audierit, sicut & ille, qui prope constitutus audit quid Confessori penitens dicat. Et ita docet Malderus, tractat. de sigillo, c. 9.

Sup. hoc inf. in Ref. 36. &c.

Sup. hoc vltimo infra in Ref. 37. & in alio §. eius notationis.

RESOL. V.

An si Confessarius in aliquo casu dicat, verbi gratia, audiui Petri confessionem, vel Petri peccatum, frangat sigillum?

Et quid, si tam secreto penitens cuidam Confessario confessus sit, ut nolit sciri ab aliquo se illi esse confessum? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 4. 7.

§. 1. Respondeo affirmatiue, & assero non posse Confessarium prædicta viurpare, quando quis ita secretè ei confessus est, ut nolit id sciri ab aliquo, ut, verbi gratia, à suo Confessario ordinario, qui eo cognito suspicaretur graue peccatum subesse, tunc enim talia dicendo violaretur sigillum, si non confessionis, saltem naturæ, ad quod confessionem audiens se astringit, aut expressè, si rogatus est à penitente, ne mentionem de ea re faceret, aut tacite si ita is latenter accessisse notatus sit, ut satisfacto ipso ostenderet se nolle sciri, quod fuerit ei confessus. Et ita docet ex Navarro Reginaldus tom. 1. lib. 3. c. 4. num. 54. cui adde Merceros de Sacram. 3. part. quest. 11. art. 2. sic asserentem. Licet Confessor simpliciter dicat Petrum sibi esse confessum, vel esse confessum peccata sua, non reuelat sigillum, quia hic nulla fit iniuria; non priore casu, quia omnibus fidelibus est commune; non posteriore, quia id necessariò continetur in confessione: limitat tamen hanc assertionem Navarr. Nisi quis tam secretò cuiquam confessus sit, ut nolit sciri ab aliquo se illi esse confessum, & quia scilicet cōsistendo extraordinario veniret in suspensionem maioris peccati, quod suum ordinarium Confessarium celare voluisset.

RESOL. VI.

An in fractione sigilli confessionis detur paritas materie.

Et an sit peccatum sacrilegi mortale reuelare unum veniale in specie alicuius penitentis in confessione auditum, modo circumstantes nullo modo intelligant in confessione esse auditum? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 8.

N n 3 §. 1. Respon

§. 1. **R**espondeo negatiuè, quia paruitas matèrie non obstat, quominus hic reperiat integræ ratio irrequerentiæ, & offensionis Dei, sicut etiam fit in periurio assertorio, & similibus, quod vt intelligatur, aduerto actam illam obligationem celandi peccata confessâ non esse in eo fundatam, quod peccata, quæ celantur, sint magna, sed in eo potius, quod res maximi momenti sit, & profus necessaria, totum negotium confessionis esse secretum. Alioqui si ex eo, quod parue culpæ sit peccatum, quod reuelatur, colligere liceat etiam esse parue culpæ ipsam reuelationem; licet etiam ex eo quod non necessariò confiteamur venialia, inferre quod ipsa confessâ non necessariò celentur, aut ex eo, quod secretiores defectus corporis, aut natalium in confessione detecti, non sint peccata, eos etiam non esse celandos. Quare non dubitauit Henriquez dicere contrariam sententiam non esse probabilem, cui libenter adtipulor, præsertim cum reuelate confessionem sit intrinsicè malum, & ex genere suo mortale; venialium autem confessio sit absolute confessio, & eorum reuelatio in proposito sit absolute reuelatio confessionis, præsertim cum etiam vnius peccati venialis confessio sit absolute sacramentalis confessio. ergo, &c. Et hæc omnia docet Malderus tract. de sigillo confess. cap. 3. cui adde Doctores, quos citat & sequitur Pater Leo de offic. Confess. part. 1. recoll. 7. num. 4. 3. quibus adde Baldellum in disput. Theolog. tom. 1. lib. 3. disput. 14. num. 13. Vide etiam Faustum de Sac. Pen. lib. 7. q. 56. qui optime inuehitur contra Ledesnam, qui ausus est asserere non esse peccatum mortale sacrilegij reuelare vnum veniale in specie alicuius penitentis in confessione auditum; modò circumstantes nullo modo intelligant in confessione fuisse auditum. Similiter cauendum est à doctrina Soci in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. & de secreto. memb. 3. q. 4. vbi licet contrarium teneat dicit tamen id esse probabile.

RESOL. VII.

An confessarius asserens, verbi gratia, Petrum confessum fuisse, plura peccata venialia frangat sigillum?

Et quid, si dixerit penitentem fecisse, seu confessum fuisse peccata venialia, non addendo plura?

Et curissime notatur non excusari à fractione sigilli eum, qui dixerit Petrum, verbi gratia, graua peccata venialia sibi esse confessum. Ex part. 5. tract. 11. Ref. 49.

§. 1. **V**idetur negatiuè respondendum, quia sigillum tunc frangitur, quando reuelatur peccatum mortale in genere, vel veniale in specie; sed in casu nostro hoc non accidit: ergo, &c.

2. Verum affirmatiuam sententiam docet Hurtado disp. 12. de Penit. diff. 4. quia qui dicit, aut aliter significat penitentem fecisse, aut confessum fuisse plura venialia, reuelat quod est occultum, quia occultum est penitentem plura venialia fecisse: secus est autem, si dixerit penitentem fecisse, seu confessum fuisse peccata venialia non addendo plura, quia tunc non reuelat peccatum occultum, quia manifestum est, eum qui confitetur, & absoluitur, fecisse, & confiteri ad minus venialia. Ita ille.

3. Notandum est etiam hic, quod Malderus tract. de sigillo, cap. 12. etiam non excusat eum à fractione sigilli, qui dixerit Petrum, v. gr. graua venialia sibi esse confessum.

RESOL. VIII.

An frangat sigillum, qui dicit, Petrus, v. gr. in confessione suis minutissimis peccatis scrupulose caput obtudit? Ex part. 5. tract. 11. Ref. 50.

§. 1. **H**æc verba frequenter Confessarij dicere solent, & in tali casu frangere sigillum docuit nouissime iacobus Granado in 3. part. de Sacram. contr. 6. tract. 11. disp. 5. n. 3. quia quidquid penitentis est aliquo modo ignominiosum, & gignit erubesceniam, non potest manifestari nisi violato sigillo; qui autem est, qui non erubescat, aut aliquando dolat, si audiat se ita confiteri, vt caput obtudet Confessario suis natiuitatis, aut se occupare impertinentibus scriptis Confessarios? Itaque infirmam esse contrariam fundamentum Doctorem, nam hæc, & similes locutiones non declarant peccata venialia solum in generali, sed in speciali significant nimietatem & defectum, quem non habent multi alij, qui & venialia plura, imò & mortalia committunt. Accedit quod nomen scrupulosus, si proprie sumatur, significat inordinem, qui propter ignorantiam, aut nimium impetrem putat esse peccatum, quod ne probabiliter quidem est culpa, idque non semel & iterum, sed sæpe sapius: ergo qui eum in confessione cognouerit, manifeste declarat aliquem penitentis defectum, & talem sanè vt multis ruborem iniiciat, cum eo nomine appellatur: ergo frangit sigillum. Ita Granado.

2. Sed contraria sententia est communis inter DD. quos ille hic non refert; & ratio est, quia in tali casu non manifestatur aliquod peccatum in particulari, & nomen scrupulosus communiter denotat hominem timoratum, & qui abstinere vult ab his, etiam quæ licita sunt, sed aliquod periculum afferunt, in quo tenet etiam ipse Granado concedit non frangi sigillum. Verum his non obstantibus consulo Confessarios etiam ab his locutionibus omnino abstinere. Vnde non desinam hic apponere verba Agidij de Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 1. n. 11. vbi licet infertur eum non frangere sigillum, qui dicit Petrum solere sibi obtundere caput minutissima peccata confitendo. Sed est talis directè non frangat sigillum, talem tamen & periculosè hoc dicit; nam videtur innuere talem esse scrupulosum, aut saltem facile posset audientibus talem ingerere opinionem; atque ita indirectè sigillum frangere. Ita ille, & ego.

RESOL. IX.

An Confessarius dicens aliquem penitentem in confessione sibi scrupulis obtundere caput, frangat sigillum?

Et obiter docetur, quod Clem. VIII. anno 1592. edito Decreto, quo precipit Superioribus Regularium, vt diligentissime caneant, ne ea notitia, quam in confessione de aliorum peccatis habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Sed queritur, an hoc Decretum non ad omnes Confessarios, sed ad eos, qui Superiores sunt, vel deinceps erunt, dirigatur tantum?

Et an, non obstante dicto Decreto, possit probabiliter sustineri, licere Superiori ob peccatum in confessione cognitum priuare subditos officio ad naturam amonibilibus?

Et licere etiam Superiori, vel cuiilibet alij negare suffragium penitenti, quem solum per confessionem agnouit esse indignum ad Officium, vel Prælatum?

Et negare subditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudendi fenestras, & alia huiusmodi faciendi? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Resolut. 34.

§. 1. DE hac questione egi in part. 5. tract. 11. *resolut. 50. & negativè sententiæ adhæsi: Sed novissimè nominatim contra me insurgit Tamburinus Opus. de Confess. in Append. cap. 3. num. 17. imò illam, nec vt probabilem admittit, quòd valde miror, quia illam tenent 15. Auctores, quos me citato etiam sequitur Leandrus, de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 10. q. 35. quibus adde Trullench de Sacram. lib. 2. cap. 8. dub. 4. num. 8. Martinum de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 22. de Pœnit. num. 10. vbi sic ait: Tampoco le quabrante el Confessor, que dixè, que fulano penitente es escrupuloso, porque esto antes es indicio de buena conciencia, ni el que dixè, que con sus menudissimos pecados le quiebra la cabeza, y le da pesadumbre. Ita ille. Videat igitur Pater Tamburinus, si ego immeritò hanc sententiam communem vocaverim. Et ratio est, quia per hos modos loquendi nullum mortiferum in genere, ne peccatum veniale in specie reueletur: Ergo. Poterat igitur hanc sententiam tanquam probabilem admittere Tamburinus, licet ego vbi supra, adnotavi, quod deberent Confessarij ab hoc modo loquendi abstinere. An verò dicendum sit de aliis exemplis, quos contra Cardinalem Lugo, non admittit Tamburinus loco citato: remitto iudicandum Lectoribus, sufficit mihi exemplum meum de scrupuloso defendisse, quod contra me non admisit Tamburinus.

2. Notandum est hic obiter Lessium in tertia parte D. Thoma, questione vndecima, de Sigillo Confess. artic. 1. dub. 2. num. 6. & 7. docere, quod Clemens VIII. anno 1592. die 26. Maij edidit decretum, quo præcipit Superioribus Regularium, vt diligentissimè, caveant, ne ea notitia quam in confessione de aliorum peccatis habuerunt, ad exteriorè gubernationem vntantur. Possent tamen incidere casus, in quo Superiores ea scientia tenerentur vti; quia contraria sententia est probabilis. Nec ius humanum potest efficere, vt sententia probabilis non possit vti, quando id necessarium est ad ingens malum impediendum. Ita Lessius: Sed tu cogita ex Cardinali Lugo, Pater Auerla de Sacrament. Pœnitent. questione decima octava, sectione 8. deducit ex natura ipsa rei & ratione Sacramenti, hunc vsum esse vniuersaliter illicitum, quia aliqui non potuissent à Pontifice Prælatis Regularibus prohiberi. Si enim per se licitus esset in quibusdam etiam casibus esset necessarius ex præcepto ad vitandum grauissimum aliquid detrimentum: quare non potuissent in iis casibus prohiberi: sed tamen sine exceptione vniuersaliter prohibetur. Verùm potius intentum Pontificis in eo decreto fuisse videtur, ita cautos, & totos reddere Regulares, pro quibus illud edidit vt absque vilo timore huiusmodi vsum suam peccata integrè confiteantur: quod nempe etiam si aliqui talis vsum per se licitus esset, tamen sua lege prohibuit, potens & volens prohibere. Qua prohibitione facta, iam nec etiam prætextu illius sententiæ tanquam aliqui probabilis, licitum est Prælatis Regularibus in praxim deducere talem vsum. Neque verò si fuisset antea licitus, sequebatur fore etiam debitum ex præcepto, vt propterea à Pontifice prohiberi non possit: siquidem adhuc non fuisset, vt iam statuimus. Sed vt dixi, de his omnibus, Tu cogita; sicut etiam de doctrina Patris Tamburini, vbi supra, capito sexto, §. secundum.

do, numero nono, vbi firmat dictum Decretum non ad Confessarios, sed ad eos qui Superiores sunt, vel deinceps erunt, dirigi, nec eis etiam prohibere aliqua quæ non exercentur verè circa personam Pœnitens, licet contra ipsam aliquando recurrant vt vigilantius Confessarium custodire res suas, seruo furaci pecuniam, vel arca claves committere, Superiorem claudere fores, vnde idem sciuit ex Confessione aliquem de nocte furtim exire, Sacerdotem se domi continere, vel Missam non celebrare, quia in Confessione sciuit insidias, & similia, quæ communiter consueverunt esse positiones alicuius impedimenti, quo posito pœnitens absque suo aliquo extrinseco incommodo impeditur, quo minus in peccatum ruat.

3. Adde etiam, quod Leandrus de Sacrament. 20. mo primo, tractat. quinto, disputatione, decima, questione 63. & 64. putat non obstante dicto decreto, posse probabiliter sustineri, licere Superiori ob peccatum in confessione cognitum, private subditos Officiis ad nutum amouibilibus. Et licere etiam Superiori, vel cuilibet negare suffragium Pœnitenti, quem solum per Confessionem cognoscitur indignum esse ad Officium, vel Prælaturam. Quærit etiam idem Leandrus, questione sexagesima-septima, an liceat Superiori ob notitiam Confessionis, negare subditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudendi fenestras, & alia huiusmodi faciendi? & affirmatiue respondet: sed ego his non assentior, præsertim primis duobus casibus à Leandro adductis. Vide etiam me citato Martinum de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 29. de Pœnitent. num. 12. & 13. cum doctissimo Patre Amico in Cur. Theolog. tom. 8. disputatione decimaterria, sectione sexta, num. 42. & notat Caspensem, in Cur. Theolog. tom. 2. tract. 24. disputatione septima, sectione quinta, num. 31. firmare, quòd licet dictum Decretum Clementis solum loquatur de Superioribus, & de vili notitiæ ad exteriorè gubernationem, tamen ex eius verbis necessarid colligitur idem de omnibus dicendum esse.

RESOL. X.

An sit contra sigillum confessionis dicere, non absolui penitentem v. g. Paulum? Sed difficultas est, an idem dicendum sit, si Confessarius interrogatus, an Petrum absoluerit, respondeat: Ego eum non absolui, quia nondum confessionem finiuit propter superueniens impedimentum? Et an sine fractione sigilli Confessarius dicere possit non absolui Petrum, quia nondum perfecit confessionem? Et an dicti Confessarij, si in supradictis casibus frangant sigillum, debeant puniri pena ordinaria inflicta contra fractores sigilli? Et notatur, Confessarium, qui de publico peccatore asserit illum confessum esse suum peccatum, frangere sigillum. Et, quid, si Confessarius asserat de publico peccatore non illum absoluisse, quia non vidit penitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non satisfecit? Ex part. 5. tr. 11. Res. 42.

§. 1. Negatiue responder Henrriquez lib. 6. cap. 2. num. 5. & ante illum Caietanus in summ. ver. Confessori necessaria: quia possunt esse plures cause honestæ, ob quas pœnitens absque eius defectu non absoluitur, vt quia confessio nondum sit completa, vel quia Confessarius difficilis noluit absoluerè, &c.

Sup hoc lege doctrinâ Res. & §. anor. secunde huius Resol. & Res. anor. leg. Sup. hoc signanter infra in Res. 17. & lege etiam alias Res. eius not.

CONFESSIO

2. Sed hæc opinio profus reicienda est, quia ille, qui huiusmodi verba audit, statim conijcit penitentem fuisse confessum graue peccatum, ac detestabile, à quo non fuit absolutus, absolutio enim, moraliter loquendo, non negatur nisi habenti graue ac detestandum mortale, & ideo qui dicit se negasse alicui absolutionem, moraliter dicit ac directè penitentem peccasse grauius & mortaliter, & esse indilpositum.

3. Dicendum est igitur quod quamuis variè sint causæ honestæ, ob quas penitens possit absque defectu ipsius non absolui, ex eo tamen dicto Confessarij, quando non declaratur causâ honesta, ob quam non fuit absolutus, vel defectu dispositionis, vel quia habuit casum aliquem reſeruatum, quod est contra sigillum confessionis, quia id est modo quodam confusio, aut modo quodam dubio insinuare prauum statum ipsius penitentis; & ita docent Nauarr. Vivaldus, Vega, & alij, quos citant & sequuntur Fagund. & Suarez *ubi inf. 2.*, quibus adde Granado *in 3. part. de Sacrament. controu. 7. tract. 11. disp. 6. num. 2.* Coninch *de Sacrament. disputat. 9. dub. 1. numer. 4.* Hurtadum *de Sacrament. disput. 12. de penit. diff. 1. 2. Præposit. in 3. part. quæst. 11. de sigillo, dub. 3. num. 27.* Valquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. artic. 4. dub. 10. num. 9.* & alij.

4. Sed difficultas an idem dicendum sit, si Confessarij interrogatus, an Petrum absoluerit, respondet. Ego eum non absolui, quia nondum confessionem finit, propter superueniens impedimentum. Sotus *in 4. distinct. 13. artic. 5. quæst. 4.* Grassius *in de eis. aur. part. 1. lib. 1. cap. 23. num. 37.* & Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 3. sect. 6. num. 1.* negatiuam sententiam tenent; sed immeritò quidem; nam talis responsio statim audientium offendit aures, & malam opinionem de se ingenerat circa penitentem, nisi alioqui probata; ac notæ virtutis esset, ac conscientia. Dicendum est igitur in tali casu si Confessarij modo quo supra respondeat, frangere sigillum, & ita docet Fagundez *p. 2. lib. 6. c. 5. n. 9.*

5. Aduertit tamen Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 6.* & Valent. *disp. 18. punct. ... sine violatione sigilli dici posse Non absolui Petrum*, quia nondum perfecit confessionem. Verum, vt optimè obseruat Granado *in 3. part. de Sacrament. controu. 7. tract. 11. disput. 6. num. 2.* in hoc adhibenda est magna cautio, ne præbeat occasio credendi confessionem esse longam, propter peccata mortalia, vel extraordinaria venialia.

6. Sed an prædicti Confessarij, si in dictis casibus frangant sigillum, vt probatum est, debeant puniri pœna ordinaria inflicta contra fractores sacri sigilli? Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap. 109. à n. 2.* existimat in dictis casibus Sacerdotem esse tantum puniendum pœna arbitraria, &c. Fundamentum illius est, quia non potest verè dicere illum reuelasse peccata confitentis, licet verum sit reuelasse confessionem, & quia iura in prædicto cap. *omnis vtriusque sexus, de penitent. & remission. & in cap. Sacerdos, eodem tit.* imponunt pœnam reuelantibus peccata, & non reuelantibus confessionem absolutè. Ceterum non mihi placet illius sententia, quia cap. *omnis* ita habetur. *Caveat autem Sacerdos ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo reuelet peccatorem. Quod perinde est ac dicere, reuelet statum peccatoris; qui autem reuelat confessionem, absolutè reuelat statum peccatoris in peccato mortali, ac proinde ordinariis pœnis iuris subiicitur.* Et ita docet Fagundez *p. 2. lib. 6. c. 7. n. 11.* cui etiam adde Hurtadum *de Sacrament. disput. 12. de pen. dif. 12. in fine.*

7. Notandum est etiam hic obiter contra Emanuelem Sà *ver. Confessio*, & alios, Confessarij qui

de publico peccatore asserit illum confessum esse suum peccatum, frangere sigillum; nam licet hoc cedat in laudem penitentis, tamen hoc fieri non potest sine expressa ciuiticentia. Ita ex communi docet Tannerus *tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dub. 6. num. 127.* qui etiam *num. 128.* contra Caiet. & Henric. *lib. 6. cap. 19. num. 5.* rectè docet Confessarij frangere sigillum, si dicat de publico peccatore non illum absoluisse, quia non videt penitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non satisfacit, quia talis non tantum significat id, quod extra confessionem notum est omnibus, videlicet illum scandalo non satisfacere, &c. led etiam peccatum illud sine vera penitentia fuisse confessum, quod alias non certò constat, cum potuerit verè penitens esse confessus, cum proposito videlicet & promissione satisfaciendi, & nihilominus tamen postea re ipsa non satisfacere. Solum ergo dicat de tali penitente. Ego feci officium meum, sentio eum Ecclesia Catholica, quod impenitentes absoluedi non sunt.

RESOL. XI.

Olim interrogatus fui, an Confessarij dicens, in aliqua Ciuitate, vel alio loco ubi confessiones audiunt, commisit peccatum Sodomie, vel aliud, frangit sigillum confessionis, & vt fractor talis sigilli puniendus sit?

Et quid, si in tali loco nominaret Religionem, vel Monasterium talis Ciuitatis, aut loci? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 13.

§. 1. **D**OCTISSIMI viri (quod mirum alicui videbitur) decent, in tali casu, Confessarij frangere sigillum confessionis. Ita Valquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. artic. 4. dub. 3. n. 3.* vbi asserit. Mihi placet quod Ledema docet, contra sigillum confessionis esse, si aliquis confessarij infamaret ciuitatem alicuius peccati, vt sodomie, vel alterius, quod audiuit in confessione, etiamsi non exprimat personam, quia iam ex parte reuelatur id, quod auditum fuit in confessione, quod ita limitare, nisi illud alia via iam publicum esset, & vt tale Sacerdos referret. Hæc Valquez. Et hoc multò magis asserunt alij, de locis non ita amplis, vt de villis, & castris; vel si confessus est Religioso, nominaret Religionem ad quam pertinet, vel monasterium talis ciuitatis. Ita Filic. *in q. mor. tom. 1. tract. 7. c. 11. q. 3. n. 322.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 3. n. 8.* Coninch *de Sacrament. disput. 9. dub. 1. num. 16.* & Bonacina *de Sacrament. disput. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. n. 3.* qui citat aliquos Doctores, pro sua sententia contrarium asserentes.

2. His tamen non obstantibus, non ignobiles auctores sentiunt in his casibus, Confessarij peccare, non tamen frangere sigillum. Ita Onuph. *op. de sigillo, sect. 4. q. 4. 8. sequitur ultimo, fol. mibi 256.* & nouissime Syluius *in addit. ad 3. p. q. 1. art. 3. q. 2. fol. 60. col. 1.* vbi sic asserit: [Qui solitus in aliquo loco excipere confessiones, dicit in eo, committi grauius crimina, non quidem frangit sigillum, sed nihilominus, si absque spiritali utilitate, vel coram inferioribus hoc dicat, existimantibus confessionem tali sermone reuelari, grauius peccat, tum contra Sacramentum, à quo sic alienari possunt, tum per scandalum.] Hæc Syluius. Et ante ipsum hoc idem docuerat Nauarr. *in man. cap. 6. num. 16.* Vivaldus *in Candelabro, tract. de sigillo, num. 26.* Megalato *1. part. lib. 1. cap. 16. num. 11.* Henriquez *in summo, lib. 6. c. 21. n. 6.*

3. Sed quoad alterum supra suppositum, andiamus Nugnum *in addit. ad 3. part. tom. 2. quæst. 12. artic. 1. fol. mibi*

RESOL. XIII.

An Superior, à quo petitur potestas absolvendi à re-
servatis, teneatur ad sigillum?

Et advertitur Superiores eo sigillo obligari, quando
aliquis habens casum reservatum eum illi explicat, à
quo recepta penitentia remittitur ad inferiorem pro
absolutione Sacramentali.

Et an inferior petens veniam absolvendi à casu refer-
vato, nullo modo possit personam aperire, vel ca-
sum ita explicare, ut ea venire possit in notitiam
Superioris, nec Superior potest curiose interrogare,
nec inquirere cum periculo veniendi in notitiam
personae; & inferior etiam ad id tenetur, licet Supe-
rior veniam non concedat: Ex part. 5. tractat. 11.
Resolut. 12.

§. 1. **N**egatiuè respondet Vasq. in 3. tom. 4. q. 93.
art. 4. dub. 2. n. 13. & Hurtado de Sacram.
disp. 12. de panit. diffic. 3. vbi sic ait: Item ob eandem
rationem dicendum est de Superiore, à quo Confes-
sarius ex licentia penitentis petit facultatem pro pec-
cato reservato penitentis, non teneri sigillo confes-
sionis, quia scilicet tunc Superior non accipit notitiam
peccati ex confessione sacramentali, sed ex narratione
non sacramentali penitentis; teneri stricti iuramento
naturali iustitiae, cum ei sit dictum causa hone-
stissima boni spiritualis penitentis. Et ideo Tanner.
docet Superiorem in supradicto casu teneri inuolabi-
li secreto, non autem sigillo sacramentali.

2. Sed hæc opinio est protus reprobanda, & ideo
affirmatiuam sententiam tenet Coninck de Sacram.
disp. 9. dub. 3. n. 39. Faustus de panit. l. 7. q. 32. Pitigian-
nus in sent. 4. t. 2. disp. 21. q. 2. art. 5. Megala in 1. p. l. 1.
c. 16. n. 4. Fagundez pr. 2. lib. 6. c. 6. n. 2. Ont. phr. episc.
de sigillo. scilicet. 3. q. 9. v. i. dub. 6. Malderus tract. de sigillo
c. 13. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 3. sect. 4. num. 3. Hen-
riquez lib. 3. de panit. c. 20. n. 1. Villalobos in sum. t. 1.
tr. 9. diffic. 7. 2. n. 7. & alij. Et ratio est, quia, moraliter
loquendo, Superior intelligitur vna persona cum Cō-
fessario in ordine ad impediendam absolutionem pec-
nitenti. Cum ergo Confessarius teneatur sigillo,
eodem etiam tenebitur Superior Prælati. Præterea,
quia hic intelligitur intervenire in ipsa confessione
sacramentali; ergo ligabitur sigillo. Et ideo Grana-
do de Sacram. in 3. p. contr. 7. tr. 11. disp. 4. n. 1. sic ait: Cer-
tissimum est ad sigillum teneri Confessarium, quia
minister est Sacramenti, & ad illum reuocatur Supe-
rior, quando ab illo petitur potestas absolvendi à ca-
su reservato, tunc enim aliquo modo pertinet ad Sa-
cramentum confessionis ea notitia peccati, quæ Su-
periori tribuitur, ac proinde ad illum etiam extendi-
tur obligatio sigilli. Ita ille. Nec desinam etiam hic
apponere verba Ioan. Malderi tr. de sigillo, cap. 13. sic
asserentis. De Superiore, cui casus aliquis est refer-
uatus, certum est quod omnino sigillo teneatur,
quando ab eo licentia absolvendi petitur, sit enim ei
dectio vt habenti claus, & vt in foro externo de-
leget potestatem absolvendi. Itaque aditur etiam
iple vt iudex in hoc foro, & æqualiter tenetur cum
ipso Confessario. Hæc Malderus, qui citat Suarez,
quibus omnibus adde Præpositum in 3. p. q. 11. de
sacro sigillo. dub. 2. num. 23. vbi ita asserit: Adverte
Superiorem eo sigillo obligari, quando aliquis ha-
bens casum reservatum, eum illi explicat, à quo re-
cepta penitentia remittitur ad inferiorem pro abso-
lutione sacramentali. Obligatur etiam quando post
confessionem inferiori institutam aditur pro casu re-
servato, quia huiusmodi explicationes censentur
ad confessionem sacramentalem pertinere, vel tan-
quam

RESOL. XII.

An qui dixit audivisse in tali Monasterio peccatum
grauis, frangat sigillum, etiam si non nominet pe-
nitentem?

Et docetur non solum esse peccatum, sed contra sigil-
lum, si Confessarius dicat in tali Civitate talia &
talisa peccata committi solent.

Et quid, si tantum generaliter dicat grauia peccata
committi? Ex part. 5. tract. 11. Ref. 35.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè cum Villalobos in
summa, tom. 1. tra. 8. q. 9. diffic. 73. num. 5.
vbi sic ait: Digo que es licito al Confessor dezir:
Oí tal pecado en la confession sin nombrar persona,
como se haga con tal advertencia que no se pueda
venir en conocimiento della, y porque por este cami-
no no se haze odiosa la confession. Mas ha se mucho
de advertir, que no se diga esto sin necesidad, y
grand utilidad, mayormente estando delante muchos,
y dene guardarse que no se offenda la comunidad
donde está aquella persona, como si dize, que oyo à
algun Religioso tal, o tal pecado, y en especial nom-
brando la Religion de donde era, que este es pecado
contra el sigillo, como dize Suar. y Ledesma. Ita
ille. Vide etiam Hurtadum disp. 12. de panit. diffic. 4.
vbi etiam existimat esse contra sigillum Confessari-
um infamare civitatem alicuius generis peccati,
quod ex sola confessione noquit, quando ipsi ciues in
particulari etiam penitentes aliquo modo afficiuntur
infamia illa: quod facile contingit, quando civitas
non est ampla, & penitentes sunt aliquo modo sus-
pecti, quia tunc ex revelatione illa euenit peniten-
tibus alicuius infamia, ob quam confessio fit illis
odiosa, & ab ea retrahuntur, & ideo Kellisonius to. 2.
in 3. part. q. 5. artic. 1. dub. 5. docet non solum esse pec-
catum, sed etiam contra sigillum, si Confessarius
dicat, in tali civitate tale & talia peccata committi
solent, nisi hoc sit aliunde notum. Vide etiam Val-
quez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. dub. 3. Megalam
in 1. part. lib. 1. cap. 16. num. 11. Fagundez prac. 2. lib. 6.
cap. 4. num. 2. Faustum me citantem de panit. lib. 7.
quest. 4. 1. & Malderum tract. de sigillo, cap. 12. vbi do-
cet, non licere Confessario dicere, quod in loco vbi
Confessiones audiuit, grauia fiant peccata nam etiam
hoc redundat in gravamen istius communis, &
posset confessionem reddere odiosam, præsertim in
communitate non adeo magna. Ita ille, qui etiam ad-
dit eum qui dicit in Ordine tali Religiosorum hoc, vel
illud peccatum fuisse admissum, quod ex sola confes-
sione noverit, grauius peccare, quamvis non possit
puniti pena ordinaria inflicta contra fractores sigilli.

Super hoc
cum infra
in Ref. 33. §.
vlt. vlt. Se-
ptimo.

quam inchoatio, vel tanquam consummatio, posita enim casum reservatione, confessio hoc, vel simili modo debet perfici, & Christus non videtur absque tali onere dedisse Superioribus potestatem causas suo iudicio reservandi; nam cum sit onerosum pro casibus reservatis debere Superiorem adire, nisi is eadem lege obligaretur, qua Confessarij, confessio redderetur valde odiosa. Similiter inferior petens veniam absoluedi à casu reservato, nullo modo potest personam aperire, vel casum ita explicare, vt ea venire possit in notitiam Superioris, nec Superior potest curiosè inquirere cum periculo veniendi in notitiam personæ, inferior etiam ad id tenetur, licet Superior veniam non cõcedat. Hæc ille, & ego, nec aliter sentiendum puto.

RESOL. XIV.

An sit contra sigillum confessionis, si Superior alicuius domus dicat Generali, vel Provinciali in ea domo sæpe postulari potestatem absoluedi à peccatis reservatis? Ex part. 5. tractat. 11. Resolut. 45.

§. 1. **H**OC dubium mouet & resoluit Turrianus de penit. quest. 11. artic. 2. disp. 33. dub. 1. vbi sic ait: Difficilius est id de quo non semel interrogatus sum, an sit contra sigillum, si Superior immediatus alicuius domus religiose manifestet Provinciali in ea domo, aut collegio, sæpe postulari facultatem ad absoluedum à reservatis, & videri possit alicui hoc non esse contra sigillum, cum non explicetur peculiare peccatum alicuius subditi. Mihi tamen semper visum est hoc esse iniustum, seclusa ignorantia, quia vel hoc fit vt Provincialis habeat notitiam aliquam in ordine ad gubernationem subditorum; vel non fit hoc fine: si non hoc fine, manifestatio est planè inutilis, & imprudens contra bonam existimationem eius communitatis; si verò fiat in ordine ad gubernationem, planè est periculum ne ex illa notitia & ex aliis circumstantiis, vel certè cognoscatur peccatum aliquod subditi, vel saltem Provincialis finitram cognoscat alicuius opinionem. Hæc Turrianus, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. XV.

An Superior, vel quiuis alius possit negare suffragium illi, cuius defectus scit solum per confessionem, quando suffragatur secreto, vbi multa de sigillo confessionis?

Primo, non licere ob notitiam confessionis priuare subditos Officiis amouibilibus.
Secundo, non posse Confessarium dicere Prætoribus vrbis, aut Inquisitoribus, vt diligentius inuigilent.
Tertio, quod non potest licitè Prelatus, seu quiuis alius vti notitia confessionis complicit alicuius delicti, vt fiant vigilantiores circa alios nec potest dicere, vt solio diligentius inuigilent, vt eos in delicto comprehendant, & sic in similibus. Ex part. 3. tractat. 4. Res. 76.

Sup. hoc in Res. seq. & figuranter in prima post seq. & sup. in Res. 9. & Notent. & seq. & fig. dicit in S. vi. ad lin. 6. vers. vci collibet negare.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Portel. in dubiis Regularium, verb. Electio, n. 9. Castellinus de elect. c. 5. num. 103. Valq. in 3. part. to. 4. q. 93. art. 4. dub. 8. n. 7. Nugnus in addit. ad 3. part. q. 1. 1. art. 1. disp. sic. 2. ad 6. & ad 7. argum. Guttierrez de matrim. c. 60. n. 10. Henric. lib. 3. de penit. c. 23. n. 6. Nauarrus in c. Sacerdos, de penit. dist. 6. n. 147. & alij, quos citat Sanchez, & Fagund. vbi infra. Et ita mordicus aliqui

sustinent hanc sententiam, vt doceant teneri id efficere in conscientia; & rationem omnium horum adducunt, quia Sacerdos ex vi sigilli tenetur accepta in confessione secreta seruare, sed Superior, vel alius quando denegat suffragium in Capitulo, nemini reuelat peccata in confessione accepta: ergo. Deinde, Sacerdos per confessionem alterius non priuatur iure suo, sed si ipse talem confessionem non audiuisset, posset huiusmodi suffragium denegare. Ergo, &c. Et hanc sententiam veram esse, quando suffragium ita cautè denegatur, vt penitens nullam de hoc facto possit habere suspensionem, docent multi, & nouissime Villalobos in summa tom. 1. tract. 9. diff. 75. n. 4. vbi sic asserit: También digo que sería licito no dar el voto a aquel que sabe por la confesion que es indigno, con que fuesse con tanta cautela, que no pudiesse el ni nada caer en ello, y en cosas, que el penitente no tiene aporido derecho.

2. Sed hæc opinio opus est, vt non doceatur, nec in practicum adducatur, vt pote periculosa, & nocua honoris, ac religionis Sacramenti, & ideo contrariam sustinendam esse puto, quam Claudius Aquauita præcepit à Superioribus obseruari, à Professoribus Societatis I. S. v. publicè, & priuati doceri; & ita etiam docent nouissime Laym. in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. c. 2. q. 1. n. 22. Fagund. præc. 2. lib. 6. c. 3. n. 1. & seq. Beia part. 3. cas. 10. Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 4. n. 64. Delrins in disquis. lib. 2. sect. 2. Bañez in 2. 2. q. 33. art. 8. Malderus tr. de sigillo, c. 14. vbi docet nullo vnoquam casu, etiam quando id nemo recusauisset Confessarium fecisse, licere vti scientia confessionis in electione, & omnino in omnibus, quæ penitentem grauant. Quia etiam si in particulari hic, & nunc ignoretur ex qua scientia agat Confessarius, retrahit tamen infirmos à confessione, si nouerint fieri posse, vt occasione confessionis non eligantur, sed puniantur inuiti. Dico infirmos, quia puto in fauorem confessionis non tantum consideranda esse incommoda respectu illorum, qui iusta causa à confessione alienarentur, sed etiam respectu illorum infirmorum qui reformidarent eandem confessionem, si contra se eius liceret vti scientia tanquam odiosa; idè que ab ea auerterentur, non quidem omnino immeritè, sed ex fragilitate quadam humana: homines enim infirmi magis alliciendi sunt ad confessionem, eaque magis indigent, quam perfectiores. Hæc quidem procedunt, quando non possunt alia causa prætexti prætereundi indignum, quia si allegari possit defectus ætatis, scientiæ, aut aliquid eiusmodi, non dubium est, quin Confessarius possit illis allegatis, præterire eum, quem ex confessione secreto nouit indignum. Ita Malderus.

3. Igitur etiam si ponamus confidentem nullo omnino indicio assequi posse, si suffragium verbi gratia, in electione occulta sibi à Confessario propter confessionis notitiam denegatum fuisse; tamen si hæc nimirum sciant penitentes, se ob peccatorum horum confessionem impediri posse à consequendis officiis, ac honoribus, abhorrescent à confessione, præsertim faciendâ, quos vel leuiter suspicantur aliquando sibi prodesse, vel obesse posse, vt cum vocabilibus, cum Magistro Novitiorum, cum Preposito, &c. Et ideo non possum hinc non apponere verba Fagundez, vbi supra, numero secundâ, ita asserentis. Potissima ratio, ob quam sacramentale sigillum tam inuolubiliter obligat, vt nullo modo eius notitia ad notitiam fori externi, & externorum actum deducatur, est, ne hoc diuinum Sacramentum quod à Christo Domino in salutem animarum institutum est, reddatur hominibus formidabile, & ideo fugiendum est omnino, quidquid illud onerosum, ac odiosum potest reddere. At nihil magis odiosum illud potest reddere hominibus, quam

RESOL. XVI.

An in aliquo casu Confessarius licite possit vti notitia parte ex confessione?

Et pro praxi huius questionis ex eius doctrina cursim inferuntur septem casus in §. primo huius Resolutionis.

Et aduertitur, quod si Confessarius sciat in confessione parari sibi insidias à Petro, vt illum interficiat, licet tamen non exire de domo, aut si exeat, intus armis ad defensionem solam instrui.

Similiter, si scirem Petrum non esse Sacerdotem verum, sed fictum, possem quæstio bono titulo, non illi deinceps, sed alteri confiteri, & sic de aliis similibus.

Et an ex Decreto Clem. VIII. Superior pro nullo Religionis bono possit sese in suo regimine dirigere ex notitia habita in confessione; quod Decretum non continet solam directionem, sed præceptum & ideo obligat sub mortali? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 3.

§. 1. **A**firmatiuè respondet Tannerus tom. 6. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 140. Ochagua de Sacramento. tract. 3. de sigillo, q. 7. num. 2. & alij, quos adducit Fagundez pr. 2. lib. 6. cap. 2. num. 2. & Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 6. num. 2. maxime in rebus gratuitis. Probatur hæc opinio, quia si Confessarius non audiuisset confessionem, irrationabiliter conueneretur pœnitens, si, v. g. ei negasset suffragium omnino gratuitum, liberum, ergo audita confessione, irrationabilis erit querela, & suspicio de negatione ob crimen confessum, & irrationabiliter etiam retraheretur quisque à confessione. Secundo, quia alioqui daretur occasio indignis vtendi cautelis iniustis, vt eligantur, vel conferantur in officiis ad nutum amouibilibus, & plerumque non sine magna iniuria Sacramenti, faciendo scilicet confessionem suæ indignitatis cum electoribus, vel superioribus. Vnde ex his dicti Doctores inferunt primo Confessarium, qui in confessione nouit prodicionem, posse monere ad diligentem custodiam ciuitatis. Secundo, posse dimittere famulum, quem ex sola confessione nouit furem, vel posse res suas melius custodire. Tertio Prædicatorem posse inuehi in graui peccata. Quarto Episcopum posse dimissorias negare, vel non conferre beneficium ei, quem nouit ex confessione indignum. Quinto posse occultum suffragium negare indigno. Sexto posse moneri alium, cui paratur malum, vt tali loco & tempore sibi caueat. Septimo Prælatum posse ex notitia in confessione parta amouere ab officio ad nutum amouibili eum, quem nouit sese malè gerere, non admittere ad officia eum, qui putatur nociturus, negare licentiam exeundi ex domo, posse erigere murum monasterij, & similia.

2. Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, non solum in casibus, in quibus periculum esset prodicionis sigilli, vt fatentur Auctores contrariæ sententiæ, sed etiam in his, in quibus id esset confusio ac pudori pœnitenti, & ita hanc sententiam docet Fagundez & Sanchez vbi supra à, quibus ego addo Paulum de pœnit. lib. 7. q. 45. Bañez in 2. 2. quæst. 3. art. 8. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 7. num. 4. Moloso in summ. tract. 7. cap. 15. num. 4. Præpositum in 3. part. quæst. 11. de sigillo, dub. 7. num. 52. Valentiam to. 4. disp. 7. quæst. 13. punct. 3. Granado de Sacram. in 3. part. cont. 7. tract. 11. disp. 8. n. 5. Onuphrium opusc. de sigillo, sect. 2. a. 2. dub. 2. & alios. Et probatur hæc opinio validissimis rationibus Primo, quia potissima ratio, ob quam sacramentale sigillum

Sup. hoc & aliis quæ in hoc §. inferuntur in Ref. p. gregoria per totam, & in Ref. seq. & vide etiam supra ca. Ref. 9. §. Notandum, & signanter §. vit. ad lin. 6.

quàm si illi intelligant posse priuari à Superioribus, seu aliis Confessariis Officiis, Ordinibus, aut mutari in alia loca, & sibi negari suffragia ad communes honores ob notitiam confessionis? Nam, vt optimè docet Sanchez, vt homines auertantur à confessione, & sic iniuria fiat Sacramento, satis est, quòd anteedenter sciant Superiores, & alios Confessarios posse inuare notitiam confessionis ad actus externos dirigendos. Ita Fagundez.

4. Ex quibus omnibus patet resolutio multorum caluum. Primo, non licere ob notitiam confessionis priuare subditos officiis amouibilibus. Etiam si ipse amotus in suspensionem non esset deuenturus, sed expectet commoditatem occurrentis liquidæ alterius causæ. Ita Malderus, Layman, Fagundez, & Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. n. 14. Io. de la Cruz in direct. part. 2. de sacram. pœnit. q. 6. dub. 1. concl. 3. quiddam contrarium asserat Reginaldus in praxi, 10. 1. lib. 3. cap. 2. n. 16. & Valquez in 3. part. tom. 4. q. 9. art. 14. dub. 9. num. 5. Secundo non posse Confessarium dicere Prætoribus Vrbis, aut Inquisitoribus, vt diligentius inuigilent, cum notitia, & foras confessionis nullum commercium habeat cum his admotionibus externis, & quia ipsi statim coniciuntur ex confessione Confessarium scire, quod reudat in detrimentum sigilli. Ita Fagundez num. 9. Vnde etiam stando in opinione contraria, nunquam Confessarij possunt supradictos monere, & eis dicere periculum imminens se scire in confessione, cum eiusmodi forma odiosam reddat confessionem, vt notauit Malderus vbi supra cap. 14. fol. mibi 122. & in hoc plurimi decipiuntur miserimè. Tertio, non potest licitè Prælati, seu quiuis alius vti notitia confessionis complicit alicuius delicti, vt fiant vigilantes circa alios complices, nec potest dicere vt solito diligentius inuigilent, vt eos in delicto comprehendant, quia ex hac cautela necessariò redditur odiosa confessio. Fagundez num. 10. & sic in similibus casibus. Et hæc omnia voluit prohibere Clem. VIII. in decreto, quod adducunt omnes citati DD.

5. Responiones verò ad argumenta pro contraria sententia superius posita inuenies reiecta, & soluta apud Fagundez, & Layman vbi supra. Et circa præsentem questionem præter Doctores citatos, vide Filiucium tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 337. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 16. per totam. Sancium in selectis, disp. 8. num. 10. & 11. Onuphrium opusc. de sigillo sect. 2. quæst. 2. dub. 1. & alios penes ipsos, qui plures Doctores pro vtraque sententia adducunt; sed tu nostram tene, & aduerte, quòd licet contraria sententia esset probabilis, tamen vt aduertunt etiam aduersarij ad illam amplectendam opus esse tanta prudentia, & cautione, tòtque circumstantias requiri, vt difficillimum sit in praxim ipsam deducere, & ita notat Reginald. tom. 1. lib. 3. c. 2. n. 33. in fine. & alij.

6. Notandum est hic etiam obiter, quod multi, qui contrariam sententiam aduersus nos tenent, illam tamen limitant, & asserunt non esse veram, & in praxim deducendam, quando subditus pœnitens in suspensionem veniret, se priuari eo munere, vel officio ex scientia habita à Superiori in confessione; nam in tali casu nihil ex illa efficere Superior, seu Confessarius poterit. Et ita docet Picigianus in 4. sent. tom. 2. dist. 21. q. 2. artic. 12. concl. 1. Faber de pœnit. in 4. dist. 19. qu. vnic. disp. 34. c. 14. num. 86. Nugnus in addit. ad 2. part. quæst. 11. art. 1. ad 6. art. & alij. Vnde apparet quàm sit difficile deducere in praxim supradictam sententiam.

gillum tam inuolabiliter obligat, vt nullo modo eius notitia ad notitiam fori externi, & exteriorum actuum deducatur, est, ne hoc diuinum Sacramentum, quod à Christo Domino in salutem animarum institutum est, reddatur hominibus formidabile, & ideo fugiendum omnino est, quicquid illud onerosum ac odiosum potest reddere. At nihil magis odiosum, illud potest reddere hominibus, quam si illi intelligant, posse priuati à suis Superioribus officii, Ordinibus, aut mutari in alia loca, & sibi negari suffragia ad communes honores & commoda ob notitiam confessionis, nam, vt optimè notat Sanchez lib. 1. de matrim. c. 16. num. 3. in fine. vt homines auertantur à Confessione, & sic iniuria fiat Sacramento, laus est, quod antecedenter sciatur, posse Superiores iuari notitia confessionis, ad huiusmodi actus externos dirigendos, quare opus est vt nec doceatur, nec in praxiam adducatur doctrina primæ opinionis, vt pote periculosa, & nociua honori ac religioni Sacramenti. Secundò sacramentum Pœnitentiæ institutum fuit à Christo Domino sub hoc occultissimo sigillo & propter bonum & religionem, ad honorem Sacramenti, vt homines fidentius ad illud accedant, & propter bonum pœnitentium, vt illorum famæ conulatur, vtrumque læditur in alia opinione, ergo illa non est edocenda. Læditur honor & religio Sacramenti, quia non tam fidenter ac frequenter ad illud homines accedent, si sciatur inde sibi malum aliquod euenire posse. Læditur fama pœnitentis, quia si in generali defectus alieni in confessione auditi propalari possunt, periculum est, vt cognoscantur pœnitentes auctores criminum. Tandem læditur religio Sacramenti, quia impeditur solatium miserorum, quod Dominus posuit in hoc Sacramento. Et cum hæc omnia sint maxima inconuenientia, aliena à Christi institutione, ideo alia opinio omnino reicienda est. Deinde cum inferior, per se loquendo debeat adire Superiorem pro casu referuato, esset onus durissimum si is posset sese dirigere in gubernatione subditi ex notitia in confessione comparata.

3. Et ideo propter inconuenientia affirmatiuæ sententiæ prohibuit Superioribus Regularibus ea vti Clemens VIII. in decreto de casuum reservatione die 26. May 1594. vbi dicitur. Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postea ad Superioris gradum fuerint promoti caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorum gubernationem vtantur, quod decretum obligare sub mortali patet ex §. ultimo; ex quo patet non continere solam directionem, sed etiam præceptum. Cum ergo res sit grauis, eius transgressio erit mortalis, & cum Pontifex voluerit consulere subditis, & integritati, & puritati confessionis, constat illud decretum omni euentu obligare. Vnde iuxta illud, Superior pro nullo Religionis bono potest sese in suo regimine dirigere ex notitia habita ex confessione, non potest subditum ab officio etiam amouibili remouere, non potest eum aliò mittere, clausuram melius custodire, ostium claudere, solitum egressum è domo negare, in mores subditi acrius inuigilare, &c. quod intelligitur de notitia per illos in confessione comparata, quia si resciant ab aliquo, qui iuxta priorem sententiam in genere monerit, poterunt vt in sua gubernatione huiusmodi notitia, non minus quam magistratus aliquis civilis.

4. Nec desinam præterea ad labefactandam affirmatiuam sententiam præter Decretum Pontificium adductum, etiam hic aliud Decretum magni illius viri Claudij Aquæuiui Præpositi Generalis So-

ciet. 1657, in quo anno 1590. vsum affirmatiuæ sententiæ in Societate non solum Superioribus, sed etiam omnibus Confessariis prohibuit, & verba Decreti, quod affert Granado vbi supra, numero 2. sunt hæc. Tamen non desunt Doctores, qui sentiant, saluo sacramentali confessionis sigillo, iustis de causis licere nonnunquam Confessario (cum id fieri potest sine vlla reuelata confessionis suspicione) vt extra confessionem notitia per confessionem habita, tamen quoniam hæc doctrina & eam exigit in tanta re circumspectionem quam seruare perdifficile sit, & interim posset aliquando retardare subditorum libertatem, quam huius fori sanctitas, & nostræ Societatis institutum requirunt in se ipsis, rebûsque suis Confessario apertendis, ideo vsum nobis est in Domino statuere, sicut & seuerè statuimus pro reuerentia, qua semper Societas nostra coluit huius Sacramenti inuolabile sigillum & libertatem, vt omnes Superiores diligenter caueant, ne vel ipsi, vel nostrorum aliquis supradictam doctrinam vsquam introducant, nec illam publice, aut priuatim doceant, nec vtantur vilo modo (nisi fortè de pœnitentis licentia) sed ita prorsus in omnibus casibus notitia se gerant Confessarij, ac si in confessione nihil pœnitens audiuisset, sibi que persuadeant, vt humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longè simè distat, ita debere nullatenus ab eo pendere. Hæcenus Decretum; ex quo Granado loco citato inferit non licere Professoribus Theologiae, aut aliis de Societate prædictam opinionem publicè, aut priuatim docere, nec illa vti, cum ita præcipiat, & satis seuerè illorum Superior, Generis nimirum: cuius ordinationes & mandata non expirant eo expirante, sed vim habent, quandiu ab alio Generali, aut generali Congregatione, aut eandem à Christi Domini Vicario non reuocantur, vt constat ex cap. 23. Congr. IV. Societatis 1657. Itaque nobis amplectenda est sententia affirmans, nullo modo licere extra confessionem vti scientia per confessionem habita, nisi pœnitens licentiam præbeat. Ita Granado. Vnde miror Tannerum affirmatiuam sententiam docuisse.

5. Notandum est tamen nostram sententiam intelligendam esse in iis, quæ aliquo modo præiudicant pœnitenti, vel illius honorem, aut personam possunt lædere, aut illum rubore suffundere, vel à confessione retrahere. Vnde in aliis non esset illicitum iustis de causis vti scientia per confessionem comparata, vbi sine vlla violatione sigilli vilius haberi potest, v.g. non licet amouere ab honorifico officio, aut negare suffragia, etiam in electione licet, aut Ordines sacros propter aliquid in confessione cognitum: licet tamen si Confessarius sciat in confessione parari sibi iniurias à Petro vt illum interficiat, non exire domo, aut si exeat, intus armis ad defensionem solam instrui, quia id neque offendet Petrum, nec illi molestiam affert, aut à confessione auocat. Et similiter si scierit in confessione Petrum non esse Sacerdotem verum, sed fictum, post se quæsito bono titulo non illi deinceps, sed aliter confiteri, & sic de aliis. Et ratio est, quia in his casibus, & similibus, iniuste aliquis & irrationabiliter retraheretur à confessione & ita docet Sanchez vbi supra, num. 4. & Granado num. 6. cum Fagnanone cap. 3. num. 1.

6. Restat modo respondere ad argumenta pro affirmatiua sententia adducta. Dico igitur ad primum ante auditam confessionem iniuste queri posse pœnitentem, de suffragiis sibi negatis ad honores publicos, iniuste autem audita confessione, si ob notitiam illius sibi denegentur, & quamuis ille non possit

Sup. hoc Decretum in Ref. 1. not. præterita, & in Ref. 3. §. 2. & 3. & in 1. 7. tit. 1. Ref. 13. & in Ref. 214. in initio.

Sup. hoc Decretum in Ref. præterita §. Sed hæc.

iuste quæri, adhuc ea actio priuandi ab officiis, & denegandi ea suffragia, iniuriola est Sacramento confessionis, quia illud reddit hominibus exolum, & vt odiosum reddatur, satis est quod sciat ius habere Superiores ortum ex noticia confessionis ad priuandos ipsos penitentes huiusmodi officiis, & suffragiis.

7. Ad secundum respondeo nullam dari occasionem hominibus sceleratis vtendi perniciosa cautela, vt conseruentur in officiis, in quibus habent occasiones peccandi, quia si Prælati alia via conseruerit de tali occasione, iuste eos poterunt priuare, si autem non conseruerit, nisi per confessionem nullum eis tribuit ad id faciendum, vt patet. Sed ex dictis resoluedi sunt aliqui casus in particulari.

RESOL. XVII.

An aliquis vocalis, v. g. nostra Religionis, vel Magister Nonitorum possit negare suffragium alicui propter peccatum confessum: Ex part. 5. tr. 1. Ref. 4.

§.1. **A**firmatiue respondet Ochaguaia de Sacram. tr. 5. de sigillo, q. 7. n. 2. & alij, quos ego alibi citauit; quia in tali casu nullo modo reuelatur peccatum, quia ipse solus penitens id coniecit, & ita etiam docet Kellifonius tom. 2. in 3. p. 9. 11. art. 1. dub. 4. & ibi Mercerus art. 5. dub. 2.

2. Sed hanc sententiam esse refellendam, patet ex dictis in superiori resolutione: nam eo ipso quo penitens intelligit se posse priuari officio, suffragio, sacris Ordinibus propter sua peccata confessa, quis dicit inde non reddi hoc diuinum Sacramentum hominibus formidabile? Igitur negatiuam sententiam prorsus sustinendam esse puto, quam docet Bañez, Onuphrius, Fagundez vbi supra citati, quibus adde Sebastianum à Bononi, tract. de elect. p. 1. c. 5. dub. 37. num. 2. Reginaldum in praxi tom. 1. lib. 3. c. 3. n. 33. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 7. n. 12. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 3. disp. 6. n. 6. Rodriq. in 99. Regul. tom. 2. q. 54. art. 4. Coriolanum de cas. referu. p. 1. sect. 1. art. 16. & Hurtadum de Sacram. disp. 12. de penit. disp. 9. quia Confessarius ita tenetur sigillo sacro confessionis, vt nequeat peccatum in confessione tantum notum alicui dicere, non solum aliis à penitente, quamuis viderit peccatum à penitente committi, sed nec illud obicere ipsi penitenti; in casu autem dicto remouere penitentem ab officio, aut ipsi negare suffragium, aut aliud circa ipsum efficere, quando ipse coniecit, aut conicere potest id fieri ob peccatum confessum, est ipsi insinuare, imò est quodammodo obicere, & exprobare peccatum confessum, quo confessio ita fiet ei molesta & odiosa, vt ob id retrahi possit ab ipsa, ergo id est contra obligationem sigilli sacri confessionis. Deinde, vt dictum est, confessio nulli debet esse molesta & grauis, neque ex ea debet penitens sentire aliquod incommodum, sed si ex confessionis scientia priuaretur penitens aliqua dignitate, sine dubio ex confessione sentiret aliquod incommodum, eique illa esset grauis & molesta. Neque dicas nulli reddi molestam confessionem, quia suffragium quod datur, est omnino occultum & secretum. Respondetur enim id esse per accidens, quod scilicet suffragium datum nesciatur à penitente; attamen per se confessio est illi grauis, & onerosa, quod nulla ratione videtur concedendum de confessione. Adde quod Confessarius in tali casu accedit ad electionem, vt homo simpliciter, sed vt talis nouit eligendum dignum Prælatum, officio, sacris Ordinibus, &c. vt suppono: ergo vt talis potest, & debet illi facere.

nam quod deinde in confessione nouerit illum indignum, perinde est ac si non nouisset, iuxta illud D. Bern. Nihil minus scio, quam que per confessionem scio. Et audiant superiores Regularium verba Richardi in 4. sent. dist. 2. 1. n. 4. q. 2. ad 4. vbi sic ait: Prælati remouendo ab officio subditum suum, etiam faciat vtilitatem ipsius, facit tamen contra vtilitatem communitatis, quia illi, qui remouentur ab officiis ex noticia confessionis priores reddentur, vt non confiteantur secundum veritatem. Ita ille.

REOL. XVIII.

An sit contra sigillum reuelare defectus naturales penitenti, v. g. si penitens dicat in confessione se natum esse ex parentibus sordidis, infamibus, aut non coniunctis legitimo matrimonio, &c. Ex part. 5. tr. 11. Ref. 29.

§.1. **E**X communi sententia tenendum est ad materiam sigilli pertinere non solum peccata, sed etiam quoduis aliud in confessione auditum, seu cognitum, cuius declaratio, seu manifestatio possit, per se loquendo reddere hominibus confessionem grauem, & odiosam, ex quo fit primò si penitens animo declarandi melius conscientiam suam, dicat Confessario aliquid sibi ignominiosum, v. g. se natum esse ex parentibus sordidis, infamibus aut non coniunctis legitimo matrimonio, verè violare sigillum, si id manifestet; & ita docet ex Soto & Valentia Iacobus Granado in 3. part. de Sacrament. contr. 7. tract. 1. 1. disp. 3. n. 2. quibus adde Onuph. opusc. de sigillo, sect. 4. q. 7. dub. 2.

Super hoc quoduis aliud vide infra doctrinam Ref. 44. & 45. & alterius Ref. eorum annot.

2. Aduerte tamen quod ex Coninck obseruat Kellifonius tom. 2. in 3. part. quest. 1. 1. art. 2. dub. 1. Hurtado de Sacramentis disp. 12. diff. 3. quod licet sit contra sigillum, vt dictum est, reuelare defectus naturales penitenti, dictum ab ipso dicuntur in confessione, vt conducentes ad explicationem sui peccati; secus verò dicendum, quando à penitente narrantur incidenter, & non tanquam conducentes ad id, sed in hoc casu abstinere etiam debeant Confessarii à dicta manifestatione. Imò Malderus tract. de sigillo, cap. 15. sic ait: Defectus natalium, vitia occulta corporis, & similia, quæ penitentes sua peccata explicando reuelant, sub sigillum cadunt, etiam si parum conducant eorum explicatio ad peccati narrationem, sed ex simplicitate penitenti addantur.

RESOL. XIX.

An Confessarius frangat sigillum si reuelet virtutes penitenti, extasim, & alia dona Dei? Et notatur posse penitentem obligare Confessarium sub secreto naturali has virtutes, & dona celare. Ex part. 5. tr. 11. Ref. 30.

§.1. **N**egatiuam sententiam docet Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 3. cap. 4. in principio, & Petrus Ochaguaia de Sacram. tract. 3. de sigillo, quest. 4. num. 4. vbi sic ait: Non est contra sigillum confessio, si quis reuelet penitenti virtutes, dona Dei, aut voluntatem ingrediendi Religionem, vel ducendi uxorem Mariam, aut factum aliquod, quod impertinenter fuit narratum in confessione ad explicandum peccatum, quia per hæc non detegitur aliquid, ex quo sciri possit penitentem commisisse aliquod peccatum; occultanda tamen hæc sunt secreto naturali iuxta intentionem penitenti.

2. Sed Iacobus Granado in 3. part. de Sacram. contr. 7. tr. 11. disp. 3. n. 4. docet quod dona & virtutes

O o peniten

penitentis cadunt etiam sub sigillum, quando à penitente dicuntur vt necessaria, vel vtilia ad declaranda sua peccata, vel ob aliam rationem, itavt velit manere omnino occulta, alioqui fieret odiosa confessio, & meritò offenderetur penitens. At vt verum fatear, hæc virtutes & dona quasi semper non manifestantur ad explicationem peccati, neque ex earum manifestatione redditur penitentibus odiosa confessio, ergo, &c. Et ita hanc sententiam negativam tenet etiam Malderus *tract. de sigillo, cap. 15.* vbi tamen rectè notat posse penitentem obligare Confessarium sub secreto naturali has virtutes & dona celandi.

RESOL. XX.

An Magister Nouitiorum, vel Confessarius Monialium possit in exercitiis spiritualibus in generali damnare peccata, qua audiuit in confessione?

Et notatur concionantem de peccatis, qua se dicit in confessione isto in loco audiuisse, modo ita prudenter hoc faciat, & cautè, vt impossibile sit inde prodici peccatorem, non esse violatorem sigilli, peccare tamen propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam. Ex part. 5. tr. 1. Ref. 36.

§. 1. **A**D hunc casum libet respondere cum verbis Malderi *tract. de sigillo, cap. 14.* vbi sic ait: Scandalum facile oriri potest quando quis paucos habet penitentes sibi subditos, & coram eis concionatur contra defectus in confessione detectos, vt si Confessarius Nouitiorum in aliquo Monasterio, aut Confessarius Monialium concionetur coram ipsis de vitiis in confessione reuelatis, tunc enim facile contingeret robore suffundi confessos.

2. Notandum est etiam hic obiter, quod Beja *part. 3. cas. 15.* notat, & idem Malderus concionantem de peccatis, qua se dicit in confessione isto loco audiuisse, modò ita prudenter id faciat, & cautè, vt impossibile sit inde prodici peccatorem, non esse violatorem sigilli, peccare tamen mortaliter propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam.

RESOL. XXI.

An si Confessarius ex confessione intelligat famulum esse furem, possit illum amittere? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 37.

§. 1. **A**ffirmat Henriquez *lib. 3. de penitent. cap. 23. numero 5.* & Vasquez *in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4.* Mihi verò magis placet sententia negans, quia talis dimissio esset quædam correptio extra confessionem pudesfaciens penitentem. Secus dixerò si prudentiùs inuigilando in actus famuli, deprehendat relapsum in furtum, tunc enim poterit alio prætextu, & occultè ipsum dimittere. Dico, alio prætextu, quia si alium prætextum inuenire non possit ita speciosum, quin famulus suspicari possit originem suæ dimissionis esse ex scientia confessionis, non probarim etiam tunc dimissionem. Et ita hanc sententiam tenet Malderus *tract. de sigillo, cap. 14.*

RESOL. XXII.

An Sacerdos, qui scit ex confessione furtum sibi factum, possit furem accusare ex aliis indiciis extra confes-

sonem cognitis?

Ex quo inferitur, quod si publicus vsurarius, vel publicus concubinaris non sint absoluti à Confessario, & petant communionem, Confessarius potest eam illis negare, dicendo eos esse in publico peccato. Ex part. 5. tr. 1. Ref. 17.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Vasquez *in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. dub. 6. num. 4.* vbi docet Sacerdotem posse accusare eum, qui confitetur se quidpiam illi furatum esse, posse, inquam, accusare ex aliis indiciis, quòd scilicet eo tempore talis res sibi defuerit, nec alius domum intraverit. Et ratio huius sententiæ esse potest, quia Confessarius non prohibetur vt scientia alius parte; hinc si publicus vsurarius, vel publicus concubinaris non sint absoluti à Confessario, & petant communionem, Confessarius potest eam negare, dicendo eos esse in publico peccato. Et hanc opinionem ex Valentia & Soto docet etiam Malderus *tract. de sigillo, cap. 10.* vbi firmat posse Confessarium in tali casu accusare furem, modò nihil adminiculi ad actionem instituendam sumat ex confessione.

2. Sed vt verum fatear, sententia hæc circa propositum diuini in praxi non videtur tuta, quia debet supponi, quòd tota notitia facti verè sit comparata ex confessione sacramentali, & indicia seculari sumpta non præberent sufficientem notitiam ad accusandum; vnde talis Confessarius verè vitior scientia ex confessione sacramentali orta. Vnde merito reddi posset odiosa confessio. Et ita docet Iouanes præpositus *in 3. parte, quest. 11. de sacro sigillo, dub. 3. num. 25.*

RESOL. XXIII.

An pro seruanda vita possit Sacerdos aliquo modo manifestare peccata penitentis?

Ex quo inferitur Sacerdotem, qui cum aliis iter agens, ex vno illorum per confessionem intellexerit ingressum syluæ parari sibi mortem, teneri parari mortem ingressu, quam aut fuga, aut recessione confessionem iam factam suspectam aliquo modo reddere.

Et hoc etiam si huiusmodi Sacerdos in supradicto casu existens in peccato mortali esset.

Ex quo etiam sequitur Sacerdotem, qui in confessione sibi facta cognouit in vino, in quo sultum esset Sacrum, esse immistum venenum, non potest, aut omittere Sacrum, aut petere aliud vinum sine suspitione reuelata confessionis, teneri vinum sic mistum sumere, & Deo se commendare, etiam si in hoc casu Sacerdos esset in malo statu, & non possit confiteri, tunc enim debet prouidere sibi omni meliori modo, quo possit, de contritione, qua cum Sacramento in voto sufficit ad aternam salutem. Ex part. 5. tract. 11. Ref. 47.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Gabriel *in 4. diff. 21. quest. 1. art. 3.* Sed meritò contrariam sententiam docent Doctores, quos citat & sequitur Turrianus *de penitentia disput. 3. dub. 5.* quia malus legum bonum est seruare secretum confessionis propter bonum fidelium, & reuerentiam Sacramenti, quam sit vita vnius hominis, sicut in bello potest esse obligatio militis, cum periculo etiam manifesto vitæ propter bonum publicum.

2. Ex quibus inferitur primò Sacerdotem qui cum aliis iter agens, ex vno eorum per confessionem intellexerit in ingressu syluæ parari sibi mortem, teneri

confessionis propter euitandum imminens periculum vitæ spiritualis, aut corporalis, sine tamen eius reuelatione. Arbitramur id licere ad vitandam mortem corporalem, dummodò id fiat sine graui damno aut periculo poenitentis. Si enim imminet graue damnum, aut periculum poenitentis, non est præceptum nimis durum non posse vti illa scientia, quandoquidem simile præceptum, & similis obligatio extenditur etiam ad secretum naturale, quod potest obligare etiam in ordine ad talem casum. Ergo non est præceptum inobseruabile à natura humana. At verò quando neque peccatum reuelatur, neque imminet poenitentis aliquid damnum confidabile, ex eo quod v.g. nolim bibere vinum, quod sciam esse venenatum, licet hinc complices coniciant mihi id innotuisse, etset præceptum nimis durum obligare Confessarium ad haerendum illud vinum; Et tamen confessio (vt diximus) debet etset instituta, vt in nullo casu sit ferè moraliter inobseruabilis in suis obligationibus vel Poenitentis, vel Confessario. Neque per hanc permissionem redditur ipsum præceptum confessionis difficile, & odiosum poenitentis; quamuis enim prohibitio extenderetur ad talem casum, adhuc ea est imbecillitas natura humana, vt poenitentes vix possent sibi à Confessariis polliceri obseruantiam talis prohibitionis, quare nihilominus arcerentur à confessione in tali casu, quam arceantur si non detur talis obligatio in Confessario. Quia authores vtriusque opinionis aequè fatebuntur in praxi, quod quando poenitens præuidet tantum sibi periculum imminere, si Sacerdos velit vti scientia ex confessione oriunda ad vitandum periculum suum, vt liceat ei non consulere vitæ ipsius Sacerdotis; excusatur ipse poenitens tunc à præcepto confessionis integræ, nec tenetur ad hoc peccatum explicandum, idque propter maximam probabilitatem, quod Confessarius sit vltrius eiusmodi cognitione. Hucvlque Palaucinus; quibus adde Theulm in *Theolog. moral. tit. 9. numero 95.* & Doctores, quos citat & sequitur Leander de *Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 10. quæst. 68.* vbi sic ait: Optimè poterit Confessarius denegare poenitentis gladium suum depositum apud ipsum, si ex confessione sciat ipsum petere ad illum occidendum. * Præterea licite poterit percussorem, aut periculum mortis euitare, domi se continendo, aut non ingrediendo syluam, &c. tandem licite poterit ei, qui ex confessione cognouit non esse Sacerdotem, aut carere iurisdictione amplius non confiteri. Quia per huiusmodi actiones nullo modo reuelat Confessarius peccata in confessione audita, nec reddit illam odiosam. Quod si poenitentes ab illa, per hoc retraherentur, irrationabiliter certè, & iniuste hoc facerent. Ita ille, & nouissime Bulembaum in *Medulla Theol. mor. vbi infra.*

Sup hoc lege inf. §. Adit. & seq. huius R. I. & Reuoluciones eorum annotationum.

* Sup. hoc in Ref. not. seq.

Super hoc supra in Ref. 16. §. Notandum ad medium, à vers. Licetbit tamen.

2. Sed ego non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & quam me citato docet nouissime Pater Dicaillus de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 12. dub. 7. num. 159.* sic itaque asserit: Non negant aliqui ex iis, qui sequuntur nostram sententiam, potse Confessarium qui in confessione nouit sibi mortem ab aliquo parari, domi se continere, vel ab eo loco recedere, aut abstinere in quo nouit sibi necem paratam, imò & fugere etiam, occasione aliunde suscepta. Item negati petenti gladium suum apud ipsum Confessarium depositum, si mortem sibi ab eo inde intentari in confessione sciat, adhibita alia causa negandi, seu amphibologia, itayt poenitens nequeat merito iudicare sibi negati ob audita in confessione. Hoc autem intelligi debet in casu, quo tales actiones non sint signa peccati in con-

ti potius mori syluam ingrediendo, quam aut fuga, aut retrocessione confessionem iam factam suspensam aliquo modo reddere, exponendo periculo eum, qui indicauit sibi, quia fortè loci in eum irruent, aliàs nemo vnquam vellet in tali casu confiteri, & sic confessio efficeretur odiosa, nisi tamen posset honesto aliquo titulo rem totam ita cooperire, vt nulla inde confessio reuelata possit oriri suspicio. Idem dicendum, etiam si huiusmodi Sacerdos in supradicto casu existens esset in peccato mortali, tunc enim deberet elicere actum contritionis, & sic ingredi syluam cum euidenti periculo mortis, per actum enim contritionis diuisque optime potest saluari. Ex quo patet non bene dixisse Scotum & alios posse Sacerdotem in isto casu retrocedere ab ingressu syluæ, vt sic se saluet à morte, quia huiusmodi retrocessio est actus per se indifferens. Quoniam licet retrocessio illa de se non sit manifestatiua sigilli, per accidens potest esse manifestatiua, scilicet ex circumstantiis, quia vt supponimus, loci cum animaduertent Sacerdotem audiuisse confessionem consocij, ex repentino discessu deinde Sacerdotis, poterunt facile suspicari detectum illi à confocio machinatum flagitium.

3. Secundo infertur, Sacerdotem, qui ex confessione sibi facta cognouit in vino, in quo facturus est Sacrum, esse immixtum venenum, nec potest aut omittere Sacrum, aut petere aliud vinum sine suspitione reuelata confessionis, teneri vinum sic mixtum sumere, & Deo se commendare. Et ratio est, quia reuelatio etiam indirecta confessionis est per se mala, & peccatum mortale: ergo in nullo casu est licita, quod est verissimum, etiam si esset periculum mortis spiritualis animæ, vt si in casu posito Sacerdos esset in malo statu, & non posset confiteri, tunc enim deberet prouidere sibi omni meliori modo, quo posset, de contritione, quæ cum Sacramento in voto sufficit ad æternam salutem. Ita Sotus in *4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. Nauarr. in cap. Sacerdos, de poenit. dub. 6. num. 135. Suarez tom. 4. de poenitent. disput. 34. sect. 4. num. 7.* & plerique alij contra Scotum, Sylu. Henricquez & alios suprà citatos.

RESOL. XXIV.

An in aliquo casu ad tuendam vitam licitum sit Confessario vti scientia habita in confessione; v.g. Sacerdos ex confessione nouit sibi necem paratam in sylua, vel vinum paratum ad eius Missam esse veneno infectum; &c. an in his casibus possit Missam omittere, & syluam non intrare?

Et an ad euitandam mortem Sacerdos, si quaritur ab aliquo, an talis persona peccata sua illi confessa fuerit, possit affirmare?

Et infertur primo Confessarium, qui poenitentem noluit absolueri propter eius indispositionem, si postea ab eodem poenitente calumniosè ob vindictam accusatur de falso crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam.

Secundo, quod dictum est de periculo vitæ corporalis, locum etiam habere potest de periculo vitæ spiritualis, vt neque propter illud vitandum in seipso possit Confessarius confessionem reuelare. Ex part. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 50.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pater Sfortia Palaucinus olim in Collegio Romano Societatis Iesv Sacre Theologia emeritus professor, vir quidem doctus & eruditus in suis asserionibus Theologicis lib. 7. c. 35. num. 330. vbi sic ait: Disputant Scholastici, an Sacerdoti liceat vti conscientia Tom. I.

feffione noti, aliunde nocumentum poenitenti afferant, vt contra Gabrielem docent catholici Doctores, qui in hoc errant *distin. 21. quest. 1. art. 3. casu 4.* vt alibi notamus, docens ad fugiendum vitæ periculum posse reuelare confessionem. Vnde recte Diana cum Turriano quem refert, concludit, Sacerdotem, qui ex confessione nouit sibi necem paratam in sylua, teneri potius ingredi Syluam, quàm fuga exponere periculo eum qui in confessione illi id aperuit periculum. Legatur Diana *rr. 11. quinta parisi ref. 45.* Ego sanè cum Lugo *num. 110.* nego pro seruanda vita licere facere aliquid, ex quo alij coniciant peccatum, cuius notitia habita est in confessione, quod etiam docet Ricardus, Sotus, Nauarrus, Medina, quos refert, & sequitur Valquez *supra dub. 10. n. 4.* Ledelina, & alij, quos refert, & sequitur Suarius *disp. 33. sect. 7. num. 6.*

Quæ hic est
Ref. præterita
in §. 1. & 2.

Sup. hoc in
Ref. annot.
præterita §.
vlt. & supra
in §. 1. huius
Ref.

3. Addit Coninch ex Syluestro *supra quest. 2.* & Nugnus *in additionibus quest. 11. art. 1.* Bonacina *supra*, & alij contra Suarium *supra num. 7.* & contra Nauarrum, & Sotum quos referunt citati, eum, qui vinum ad Missam paratum nouit in confessione esse veneno infectum, posse Missam prætermittere; vt ut iure suo, nec inde pudor, aut confessio reddatur odiosa; debet tamen aliunde sumere occasionem dimittendæ Missæ: imò Coninch, & alij putant tunc teneri Missam omittere, tum vt mortem euadat; tum vt euitet irreuerentiam Sacramenti consecrando in vino venenato.

4. Addunt etiam aliqui Doctores teste Bonacina *supra*, posse tunc Missam omittere, sibi que fugiendo consulere, etiam si præuideat fore, vt poenitens à quo nouit venenum fuisse appositum, vel necem ab ipso sibi parari, occidatur, vel graue detrimentum accipiat ab alijs socijs ob manifestationem delicti.

5. Probabilius tamen videtur, & omnino verum oppositum; nam ex notitia confessionis sequeretur damnum poenitenti, & confessio fieri posset odiosa, vt docet idem Bonacina, & Diana *eadem resol. 46.* vbi cum alijs docet non posse omittere Sacrum. Quod si Sacerdos esset in statu peccati deberet sibi de contritione providere. Illud verò, quod dicitur de irreuerentia in consecrando in vino veneno infecto, non videtur tanti momenti, atque id quod fieret contra sigillum, Diana loco citato. Sed rem hanc luculentius, & plenius explicat, & probat Suarius *disp. 33. sect. 7. à n. 5. vsque ad 8.* omnino legendus. Hucusque Dicastillus; cui adde præter Doctores à me alibi citatos, Ioannem Prapositum *in 3. part. D. Trinia quest. 11. de sigillo confessionis dub. 7. num. 49.*

6. Sed magis difficultas est stando in opinione affirmatiua Patris Palauicini & aliorum, an confessorius possit in præfatis casibus Missam omittere; syluam non intrare, &c. ob manifestationem delicti. Et affirmatiue respondit Leander *vbi supr. de Sacram. tom. 5. tr. 5. disp. 10. quest. 69.* quia in dictis casibus confessorius vtitur iure suo, nec propter hoc aliquis posset à confessione rationabiliter retrahi: Sic aliqui Doctores apud Bonacinam, & Molfes. loco citato *num. 42.* addens; posse etiam Sacerdotem ad euitandam mortem, si quaeretur ab eo; an talis persona peccata sua, illi confessa fuerit, affirmare; quamuis persona illa occideretur, quamuis melius esset mortem sustinere. Ita ille, cui adde Coninch *de Sacram. disp. 9. dub. 4. num. 56* & Philippum Fabrum *in 4. sent. de poenit. distin. 19. quæst. unica cap. 4. num. 79.*

7. Sed ego prorsus puto hanc sententiam esse reiciendam, & illam impugnat Cardinalis Lugo *de*

Sacram. poen. disp. 23. sect. 5. n. 11. vbi impugnat Coninch, & post illum Dicastillus *vbi supr. num. 161.* Hermannum Busembaum *in Medulla Theol. mor. 1. 6. tr. 4. cap. 3. dub. 1. n. 3.*

8. Ex dictis inferitur, confessorium, qui poenitentem noluit absolueri propter eius dispositionem, si postea ab eodem poenitente calumniose ob vindictam accusetur de falso crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam; nam licet poenitens non sit dignus, cui secretum seruetur, sed potius liceret vim vi repellere: Sacramentum tamen dignum est, vt ob eius reuerentiam non violetur sigillum; sed alijs modis defensionis legitima procuretur.

9. Inferitur secundò, quod dictum est de periculo vitæ corporalis, locum etiam habere de periculo vitæ spiritualis, vt nec propter illud vitandum in seipso possit confessorius confessionem reuelare, vt notat Suarez *dicta sect. 7. n. 8.* sed licet ex confessione facta sibi preparari periculum spirituale graue, si aliter illud vitare non potest, debet sperare auxilium gratiæ diuinæ, & se Deo commendare, ac seruari omnino indemne sigillum.

RESOL. XXV.

An Confessorius possit sine fractione sigilli manifestare peccatum nonnondum paratum, v.g. propositum prouidendi Rempublicam, vel occidendi innocentes, &c? Ex part. 5. tract. 7. Ref. 25.

§. 1. Circa præsens dubium Alexand. de Ales. *4. part. quest. 19. num. 2. artic. 2.* Adria. *in 4. quest. vltim. de Confessione.* Syluest. *ver. Confessio 3. quest. 5.* & Angelus *ver. Confessio vltim. num. 7.* docent tunc Confessorium non teneri (nisi quando dictum propositum est in poenitente, qui antea commisit re ipsa, & in effectu simile peccatum ei, quod est in proposito, & illud etiam confitetur), quia confessio dicti propositi perseverant non est sacramentalis, utpote inepta absolutioni, quia nullus potest à proposito peccandi perseverante absolui. Adiderunt verò, nisi quando poenitens antea commisit in effectu simile peccatum, & illud etiam confitetur: quia tunc propositum illud ob connexionem cum eo peccato antea commissò, cuius etiam fit confessio, etiam clauditur sub sigillo confessionis, sicut peccatum ipsum in effectu commissum & confessum, quod est aptum absolutioni.

2. Sed ego respondeo distinguendo. Dico igitur, primò, quòd quando poenitens confitetur tale propositum, vel animo inducendi Confessorium ad simile peccatum, vel animo illudendi illum, vel irritandi confessionem, vel simpliciter narrandi tale propositum, vt historiam quandam, tunc certum esse non obligare sigillum, quia tunc neque adest confessio valida, neque aliquis animus efficiendi illam, sed tantum adest simplex enarratio.

3. Dico secundò, quòd si quis cum animo occidendi se, & cum aliqui detestatione sui peccati confiteatur prauum propositum præsens peccandi, Confessorius non potest peccatum futurum reuelare. Probat, quia peccatum futurum explicatur in Confessione veluti obiectum prauum voluntatis præsentis, ergo fieret contra secretum debitum Sacramento, si illud reuelaretur. Tum etiam, quia cum per hoc sequatur infamia poenitenti, maximè reuerentur homines à confessione si hæc peccata futura reuelarentur. Et ita docet Ochagavia *de Sacram. tract. de sigillo, quest. 3. num. 3.* cui adde Bagundia *præc. 2. lib. 6. cap. 4. n. 26.* Suarez *tom. 4. disp. 33. sect. 1. num. 5.*

De Sigillo Confessionis. Ref. XXVI. &c. 437

num. 8. Sotum de secreto, membr. 3. quest. 4. conclus. 2. Richard. Durand. Henriquez & Coninch, quos citat & sequitur Hurtado disputat. 12. de penitentiis, d. ff. 4. Vide etiam Onuphrium opusc. de sigillo, sect. 4. quest. 6.

RESOL. XXVI.

An sit licita fractio Sigilli, quando casus est talis, quod penitens teneatur consentire?
Et si non consentiat, quid facere debeat Confessorius?
Vt si v. g. penitens confitetur in quadam domo ad esse conuenientia Hæreticorum, &c.
Et in isto casu docetur, quomodo se gerere debeat Confessorius circa absolutionem talis penitentis. Ex part. 5. tract. 11. Ref. 33.

§. 1. Quoad primum, certum est in tali casu etiam obligare sigillum: vt si, v. g. penitens confitetur in quadam domo adesse conuenientia hæreticorum, in tali casu consensus penitentis, vt talia denuncientur Inquisitoribus, est quidem debitum, sed à reuente penitente hoc minime Confessorius efficere potest; sed quid facere debet in tali casu Confessorius? Certum est non esse absoluendum, si omnino sit liquidum, quod teneatur consentire in istiusmodi reuelationem, & neque ipse reuelare velit, neque in reuelationem per Confessorium faciendam consentire. Secus si promittat se reuelaturum, aut saltem proponat se reuelaturum prima opportunitate, & malum quod per reuelationem auertendum est, tale sit, vt merito eiusmodi dictio penitentis indulgeatur. Erit etiam absoluendus, si aliquo modo probabilis sit opinio ipsius penitentis, quia putet sibi non incumbere vllam obligationem huius reuelationis faciendæ, aut concedendæ hinc & nunc, cum istiusmodi suis, quæ verisimiliter timet, incommodis, de quibus prudenter Penitentiaris iudicabit. Quod obstat etiam quando est liquidum licere, sufficit probabile esse non teneri. Cum autem consensus extortus non sit pro consensu habendus, vt supra diximus, videat Confessorius, ne vtatur consensu penitentis, quando eum indebitè coegit, nolens absoluerè, nisi det sibi licentiam peccatum reuelandi.

RESOL. XXVII.

An, si fractio Sigilli fiat in penitentis utilitatem, sit licita? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 32.

§. 1. Ex tacito consensu penitentis posse eius confessionem reuelari, tradit Iacobus de Grassis in decis. aut part. 1. lib. 1. cap. 23. num. 14. quando credit in eius utilitatem.

2. Sed hanc sententiam meritò refellit Tannerus tom. 4. disput. 6. quest. 9. dub. 6. num. 124. & Maldenus tract. de sigillo, cap. 4. & ideo ille, si mortis proximus habeat occultum debitum ex delicto, & petat à Sacerdote restitutionem iniungi hæredibus, non poterit Sacerdos dicere hoc ex delicto deberi, sed solum quod talibus hoc dari voluerit, & fatius esse suadere moribundo, vt secreto suo codicillo talia inerat hæredibus iniungenda. Si tamen ex sola executione mandati oriatur suspicio delicti, Sacerdos mandataris excusatur, vt bene Reginald. Quod ergo Grassius dixit esse casum, quo sufficiat tacitus consensus penitentis, vt Confessorius peccatum eius reuelat, per absurdum est dictum, cum potius dicere debuerit, & fortè, vt arguit exemplum, quod

Tiv. I.

adducit, voluerit dari casum, vbi ex actione Confessorij, in quam penitens apertè confesit, tacitè sequatur reuelatio peccati. Sanè multum differunt tacitum esse consensum, & esse consensum in tacitam reuelationem.

RESOL. XXVIII.

An Confessorius possit reuelare hæredibus restitutionem faciendam, quam debeat mortuus penitens?
Et quid maximè, si in prædicto casu ad sit licentia penitentis, qui ante mortem dixit Confessorio, vt ita reuelat?
Et quid, si non satis constat de voluntate penitentis iam mortui, & hæredes ipsi dubitent, & præsumant contra Confessorium fuisse confessionem reuelatam absque aliqua licentia illius?
Et quid est agendum, si hæredes nolent ex auaritia, vt accidit, dictis Confessorij acquiescere? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 28.

§. 1. Licet Maior in 4. dist. 21. quest. 3. sequitur Scotum asserat non posse manifestari debita, credita, & alia similia à Confessorio, quæ ipse habuit à confessione alicuius, quia hoc efficere est reuelare confessionem.

2. Tamen contrarium dicendum est cum Tabiena, Rosella, Grassio, Navarro & Rodriquo, quos citat & sequitur Onuphrius opusc. de sigillo, sect. 2. quest. 5. dummodo ad sit licentia penitentis, qui ante mortem dixerit Confessorio, vt reuelat, ex cap. præterea, de offic. del. g. In quo casu creditur Confessorio sic dicenti, maximè si id, quod reuelatur (& est secunda conditio, quam diximus requiri) sit in bonum animæ penitentis iam mortui, & ratio est, quia cum, vt iam diximus, de licentia penitentis possint à Confessorio dici peccata illius extra confessionem, si id sit eiusdem penitentis bonum, quidni etiam poterunt dici illa, quæ supra diximus, si à ea dicenda habuerit licentiam Confessorius à penitente iam mortuo, & sit in bonum eiusdem? & hinc apparet fundamentum Maioris esse fallum. Sed quid si non satis constat de voluntate penitentis iam mortui, & hæredes ipsi dubitent, & præsumant contra Confessorium fuisse confessionem reuelatam absque aliqua licentia illius? Respondeo, & tunc præsumendum esse, id fuisse dictum à Confessorio de licentia mortui penitentis. Id quod maximè iudico verum, quando restitutio vertit in bonum animæ ipsius mortui. Quod si non potest apparere de voluntate contentis, semper præsumitur contentus, quando aliter suæ salutis consuli non posset. Quid si hæredes nolent ex auaritia (vt accidit) dictis Confessorij acquiescere? ad summum esset opus illorum, vt probarent contra Confessorium, qui reuelauit, id non fuisse ex mente & licentia penitentis iam mortui, præsumptio enim transfert onus probandi in agentem, quia is debet probare, contra quem facit præsumptio.

Super hoc infra in Ref. 31. §. ult. ad medium, & si placet lege aliam Resol. eius not. quæ non plene s. p. hoc.

RESOL. XXIX.

An prosit testimonium Confessorij de licentia penitentis, vt probetur penitens emendatus in foro externo? Vt v. g. Parochus de sacram. Eucharistiam, vel sepulturam Ecclesiasticam publico vsuario, vel meretrici, &c.?

Et infertur, quando publica meretrix est confessam mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessorio, quod vere de peccato suo publico penituerit & confessam, & absolutam sit.

00 3 Confessa

Confessarius vero nequidem, quod fornicationes suas sibi confessas sit directe, aut indirecte, puta dicendo, quod eam à peccatis suis publicis absoluit, indicare potest.
Ex part. 5. tr. 11. Ref. 40.

§. 1. **H**ic casus est practicabilis. vt Parochus, v g. det sacram Eucharistiam, vel sepulturam Ecclesiasticam publico vsurario, vel meretrici. Et affirmatiuam sententiam tenet Fagundez *præc. 2. lib. 6. cap. 1. num. 19.* cum multis DD. asserentibus testimonium Confessarij cum licentia expressa penitentis datum valere, vt in foro externo probetur penitens emendatus de crimine commissio publicè, aut publico scandalo. Et ideo Malderus *tract. de sigillo, cap. 12. in fine.* sic ait: Infertur quando publica meretrix est confessas mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessario, quod verè de peccato suo publico penituerit, confessas & absoluta sit, hoc enim sine licentia peccatricis Confessarius non dicit, & etiamsi secretò dixerit ipsa consentiente, publicè administrato Parocho non sufficit, sed antequam sacram Eucharistiam ei publicè administret, aut ei sepulturam Ecclesiasticam concedat oportet constare publicè quòd penituerit, quæ publicè peccauit. Confessarius enim ne quidem quòd fornicationes suas sibi confessas sit directe, aut indirecte, puta dicendo, quòd eam à peccatis suis publicis absoluerit, indicare potest; sed eo casu sufficit in genere Parochum scire quòd sit confessas, modò publicè etiam sciatur conuersa, puta per reuentionem publicam Confessarij de licentia peccatricis, aut quòd coram pluribus protestetur ipsa se de peccato isto dolere. Sine publica autem ista noticia, aut detestatione non sufficit sacramentalis Confessio, aut absolutio etiam Parocho facta, quia talis satisfactio debetur Ecclesie, & alioqui scandalum esset margaritam spargere ante porcos. Ita Malderus. Vide etiam Suarez in *3. p. tom. 2. disput. 7. sect. 5. à num. 20. & apertius num. 46.* Henriquez *lib. 3. de Penitent. cap. 23. num. 2. in fine* Navarrum in *cap. 1. de penitent. dist. 6. num. 90.* Gutierrez in *Can. 99. lib. 1. cap. 2. n. 9.* & alios.

Quoad hoc lege infra ex Ref. 58. 6. Notandum est, & supra ex Ref. 10. §. vii.

RESOL. XXX.

An Confessarius de licentia penitentis possit reuelare confessionem?
Et notatur non sufficere quancumque licentiam præsumptam, interpretatiuam, virtuales etiam in bonu ipsius penitentis ad reuelandum sigillum confessionis, sed requiri formalem, atque expressam, & debet esse libera, spontanea, & non vi, iniuria, aut dolo extorta, imò neque per preces importunas; adde, neque per metum reuerentialem ipsius Confessarij obtenta.
Et aduertitur penitentem posse renouare hanc licentiam quoties voluerit, etiam absque iusta, & vlla causa.
Ex part. 5. tr. 11. Ref. 10.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Alensis 4. q. 78. mem. 3. Scot. in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. Almayn. *ibid. q. 1. in fin.* Aureolus & Durand. *ibid. q. 4. Maior. ibid. q. 3. art. 3.* Gabriel. *ibid. q. vnic. art. 3. dub. 4.* & Angel. *ver. confessio 8. §. 5.* Probatur hæc opinio. Primò, quia præceptum sigilli est de iure diuino: incommodum autem est, vt homo priuatus, qualis est penitens, in præceptis diuinis dispenset. Secundò, quia Confessarius ea, quæ via confessionis scit, scit vt Deus, ergo non potest penitens ei dare licentiam, vt loquatur homo, quia iam forus internus penitentia mutabitur in externum, & forus poli in forum soli ad arbitrium penitentis. Tertiò, quia licet possit

penitens cedere iuri suo, non tamen potest cedere iuri sacramenti, cum hoc sigillum sit introductum ex primaria Christi institutione in religionem Sacramenti, secundariò verò in fauorem penitentis.

2. Verùm contrariæ sententiæ tanquam communiõ adhæreo, quam tuetur D. Thom. in 4. dist. 11. q. 3. art. 3. Tanner. *tom. 4. dist. 6. q. 9. dub. 6. num. 125.* Valq. in 3. p. tom. 4. q. 93. a. 4. dub. 7. Suarez in 3. p. tom. 4. disput. 33. sect. 5. num. 8. Valq. 993. a. 4. dub. 5. Ochagau. *de Sacram. vr. de sigillo, q. 5. num. 3.* Præpos. in 3. p. q. 111. *de sigillo, dub. 6. num. 43.* Hurtad. *de Sacram. dist. 12. de penit. dist. 6.* Couarr. in 4. Decret. p. 2. c. 8. §. 12. & ratio est, quia secretum sigilli licet fuerit imperatum in dignitatem ipsius Sacramenti, principaliter tamen & primo loco fuit imperatum in fauorem personæ confitentis, vt facilius & suauis reddatur confessio, ergo eo ipso quòd quis cedit iuri suo, non fit iniuria sacramento, sicut si quis sub iuramento promittat alicui centum, & ille postea remittat promissionem, tollitur omnis obligatio seruandi promissionem, quia hæc principalis ordinatur in fauorem personæ, cui promittitur, quam in Deum cultum & reuerentiam, quæ licentia debet esse spontanea, & expressa sufficienter.

3. Notandum est tamen hic non sufficere quancumque licentiam, præsumptam, interpretatiuam, virtuales, etiam in bonum ipsius penitentis, ad reuelandum sigillum confessionis, sed requiri formalem, atque expressam. Ita DD. penes Fagundez *pr. 2. lib. 6. c. 1. num. 14.* qui etiam n. 18. rectè notat, penitentem posse reuocare hanc licentiam quoties voluerit etiam absque vlla causa, quia dominus est illius actus.

4. Nota etiam quòd licentia expressa penitentis manifesta ad peccata audita in confessione debet esse libera & spontanea, non vi, iniuria, aut dolo extorta, imò neque per preces importunas, adde neque per metum reuerentialem ipsius Confessarij obtenta. Ita Fagundez *loc. cit. num. 21.* & Henric. *lib. 3. de penitent. cap. 23. num. 1. in fine.* nam in dictis casibus licentia erit nulla, & Confessarij propriè frangent sigillum. Vnde Magistri Nouitiorum, vel alij Superiores, aut quicumque alij Confessarij aduertant quid faciant, quando licentiam petunt à penitentibus manifestandi aliqua delicta in confessione audita: nam, vt rectè obseruat Fagundez in nostro casu sola præsentia & auctoritas Confessarij sine minis, & vultuum inuersionibus sufficere ad inducendum metum reuerentialem, & vt non valeat licentia data cum eo metu ad reuelandam confessionem, tum propter reuerentiam, quam omnes solent habere erga Confessarios, quæ sine dubio excedit reuerentiam filiorum in parentes, tum propter reuerentiam Sacramenti, ne paulatim illius religio deperat. Hæc Fagundez. Vnde faxit Deus has licentias vt plurimum non esse inualidas. O quàm fecde labuntur aliqui circa fractionem huius sacri sigilli!

RESOL. XXXI.

An Confessarius, quando penitens dat ei licentiam reuelandi confessionem, debeat illam exigere in scriptis?
Et in prædicto casu, si dubitetur, an ea reuelata sint, vel non fiat de licentia penitentis, et deinde sit testimonio Sacerdotis, & non penitentis? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 41.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Aldrete *de religio. disciplina iur. da. lib. 2. cap. 19. §. 1. n. 6.* existimans licentiam in scriptis petendam esse à penitente.

De Sigillo Confessionis. Ref. XXXII &c. 439

ante, ne si Sacerdos accusatus fuerit de reuelatione sigilli, detrimentum patiatur.

2. Sed hanc opinionem non approbat Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 5. num. 14. & Fagundez p. 2. lib. 4. cap. 1. num. 23. & alij, quia esset valde periculosum & onerosum penitentibus; deinde in dubio an ea reuelatio fiat, vel non fiat de licentia penitentis, credendum est testimonio Sacerdotis & non penitentis, vt docet Graffius decis. au. part. 1. lib. 1. cap. 25. num. 16. Henriquez lib. 3. de penit. cap. 19. nu. 10. & alij ergo, &c.

RESOL. XXXII.

In quadam ciuitate huius Regni, Confessarius, cum licentia penitentis in ordine ad consilium petendum, manifestauit cuidam Sacerdoti aliqua peccata, de quibus ipse postea cum aliquibus locutus est, quasturum a se fuit tunc an dictus Confessarius frangeret sigilla confessionis? Ex p. 2. tr. 1. §. 5. & Misc. 1. Ref. 14.

§. 1. **V**icarius illius ciuitatis sententiam affirmatiuam tenebat, adducens Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 4. Sed præter Suarez docet etiam hanc opinionem Pitigianus in 4. sent. tom. 2. disp. 2. §. 2. art. 5. Bonac. de Sacram. disp. 5. §. 6. sect. 5. punct. 3. n. 4. Filiucius in quest. mor. 1. tr. 7. c. 1. §. 1. quest. 4. n. 5. 2. Syluius in addit. ad 3. part. D. Thome. §. 11. a. 2. §. 3. Fernandez in exam. Theol. moral. p. 3. c. 6. §. 6. n. 2. 5. & alij Probatur hæc opinio tribus modis. Primò, ait Pitigianus, & Suarez, Confessarius in hoc casu participat actum clauium, scilicet quoad clauem scientiæ, & supplet defectum ministri, ita vt ex utroque quasi coalescat minister, habens omnia necessaria ad hoc munus. Ergo tenetur ad sigillum.

2. Secundo, asserit Bonacina, & alij, peccata audita in confessione ad quemcumque transeunt, cum obligatione, & onere sigilli confessionis, quia, vt habetur in cap. pastoralis, de decimis, obligatio sequitur rem ipsam, & non personam, sic res pignoratæ transeunt ad quemcumque cum suo onere, quia obligatio rei pignoratæ, prius afficit rem ipsam. Et tandem probatur tertio, quia penitens ea conditione licentiam concedit, vt tamen maneant secretum sub sigillo confessionis.

3. Sed licet hæc opinio si probabilis, probabilior tamen contraria mihi semper visa est; quam mordicus tuerur Valq. in 3. part. tom. 4. §. 9. 3. a. 4. dub. 2. n. 10. Onuphr. opus. de sigillo, sect. 3. §. 9. vnic. dub. 6. fol. mibi 226. §. sequitur primo. Nugnus in addit. ad 3. p. 9. 11. n. 1. fol. mibi 347. col. 1. & ex nostra Religione P. Megala in 1. p. lib. 1. c. 16. n. 6. Et ratio est, quia Confessarius iste accepit notitiam peccatorum non ab ipsa confessione, quasi sigillata, sed ab ipso penitente, ac si ipse referret: (quia idem est, si de consensu illius referat Sacerdos;) iam verò non nouit ex confessione penitentis, sed reuelatione facta extra confessionem ab ipso penitente, vt à Sacerdote de consensu illius, quod idem est ac si ipse referret; quod verò ita referretur, nec in confessione, neque ex confessione referretur. Ergo non oritur obligatio sigilli confessionis.

4. Restat modò respondere ad argumenta opposita. Ad primum respondetur ex Megala, quòd licet reuera consilium ordinetur ad clauis: atamen consuleri peritiorum, non est pars clauium, nec pars confessionis, sed tantum instructio est Confessarij, vt possit legitime munus suum exercere. Ergo.

5. Ad secundum respondetur, diuersam esse rationem obligationis in re pignoratæ, & sigillo confessionis: quia obligatio rei pignoratæ, non est obli-

gatio præcepti, sed obligatio quæ fit creditori, vt in eam rem habeat prælationem ad sui solutionem, & ideo obligatio prius afficit rem vnde debet fieri solutio: & quomodocumque transeat ad aliquem, semper transeat cum isto onere. At verò obligatio sigilli, est obligatio præcepti, quod licet feratur de re aliqua faciendâ, vel non faciendâ, tamen non obligat rem ipsam; quia persona est, quæ tenetur operari secundum illud præceptum. Ob id non est accipiendâ ratio obligationis ex ipsa quæ transeat ad alios, sed in ordine ad personam: quare quando quis peccata cognouit ex ipsa confessione, tenetur sigillo, quia tunc temper est respectus in fauorem penitentis. Quando verò innotescunt, non à confessione sacramentali, non est aliqua obligatio sigilli. Ergo, &c.

6. Ad tertium respondetur, non esse in potestate penitentis apponere obligationem sigilli, nisi quando obligatio nascitur ex ipsa confessione. Ex his tunc consulit, supradictum Sacerdotem non fregisse sigillum confessionis, sed tantum secretum naturale. De hac tota questione vide Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 3. a. n. 38. vsque ad 50.

RESOL. XXXIII.

An cum Sacerdos de licentia penitentis reuelat aliis peccatum, illi alij teneantur ad sigillum?

Et docetur Doctorem, Confessarium, aut Confessarium, cui ex licentia penitentis peccatum, & persona eiusdemmet penitentis manifestatur obligari sacro Sigillo.

Et in §. ultimo huius Resolutionis eursim explanantur alij septem casus & persona in quibus omnes tenentur ad sigillum. Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 11.

§. 1. **N**egatiuè respondet Valq. in 3. part. tom. 4. §. 9. 3. ad 4. dub. 2. n. 10. Kellifonius tom. 4. in 3. part. §. 11. art. 3. dub. vnic. Megala in 1. part. lib. 1. cap. 16. num. 6. Valboa de Mignouiejo tom. 2. lect. Salmat. in c. omni vtriusque sexus, de penit. & remiss. n. 67. Meratus in D. Thomam, to. 3. tract. de sacram. Penit. disp. 3. 2. sect. 3. num. 3. & Hurtado de Sacrament. disp. 1. 2. de penit. diff. 3. asserentes eum, cui absque licentia penitentis facta est reuelatio, teneri sigillo confessionis, quia tunc cognitio peccati tantum habet ortum ex confessione sacramentali, quia penitens id tantum dixit in confessione sacramentali. Eum verò cui facta est reuelatio peccati ex licentia penitentis, non teneri sigillo confessionis, sed tantum secreto naturali iustitiæ, quia iste non cognouit peccatum ex confessione sacramentali adhuc remotè & mediatè, sed tantum ex narratione non sacramentali, qua penitens concedens licentiam ad reuelandum peccatum ait siue expressè, siue implicite: Hoc peccatum, quod feci, & tibi confessus sum, me fecisse reuela. Et hanc opinionem tenet etiam Onuphris opus. de sigillo, sect. 3. §. vnic. dub. 6. vbi ita ait. Sequitur primò Confessarium, si illi penitens dederit facultatem, vt petat consilium de peccato confessio, ipse verò adeat aliquem, & ex licentia habita reueler peccatum simul & personam, non teneri nisi solo secreto naturali ad peccatum reticendum: rationem iam inuimus supra, quia facultas penitentis non solum est vt peccati notitia extendatur ad Confessarium, sed etiam vt præterea tollatur Confessario obligatio sigilli, ita vt inde res relinquatur suæ naturæ, & sicut res ex natura sua nullo addito sacramento solum erat sub secreto naturali, sicut & quod reuelatum est Confessario à Confessario de licentia penitentis relinquatur suæ naturæ, & consequenter sub solo secreto naturali: nam, vt iam constat ex dictis,

Sup. hoc cō-
silio late in
Ref. præteri-
ta.

ex licentia pœnitentis, fit vt materia, quæ antea solum erat materia confessionis, non amplius talis fit, vnde remaneat in sua natura, consequenter solum sub naturali secreto, quare si deinde Confiliarius loquatur de eo, quod habuit à Confessario, vt daret consilium, frangeret solum secretum naturale, non autem sigillum.

2. Sed hæc opinio maximè mihi displicet, quia tales non cognoscunt peccatum, nisi ex vi notitiæ confessionis, in qua fundatur Sacerdos reuelans, ergo peccatum cadit sub sigillo. Tum, quia res semper transit ad alium cum suo proprio onere, tum quia non est credendum pœnitentem dedisse huiusmodi facultatem nisi cum onere sigilli. Vnde Confessarius eo modo reuelans tenetur modum suæ cognitionis explicare, vt alij seruent secretum debitum sacramento Pœnitentiæ. Et ita docet Pitigianus in 4. sent. 1. 2. dist. 21. q. 2. art. 5. Turrian de pœnit. disp. 3. dub. 1. Ochagauia de Sac. tr. 3. de sigillo conf. q. 5. n. 5. Fagundes pr. 2. lib. 6. c. 5. n. 20. Molcoso in sum. r. 7. c. 15. n. 7. Cælestin. in comp. Theol. mor. tract. 1. cap. 17. n. 3. Suarez in 3. p. t. 4. disp. 3. sect. 4. n. 6. Tolet. lib. 3. c. 16. n. 15. Sà ver. Confessor. n. 30. Henriquez lib. 6. c. 20. n. 3. in glossa lit. S. & Præpositus in 3. p. q. 11. de sigillo confessionis, dub. 4. num. 37. Vnde ex his apparet contra Onuphrium, Valquez & Kellisonium, Doctorem, seu Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum & persona eiusdemmet pœnitentis manifestatur obligari sacro sigillo, quia talis Doctor huiusmodi notitiam comparauit ex confessione, nec ei data est facultas respectu aliorum vtendi ea notitia. Assumptum probatur. Pœnitens non aliter crimen aperuit, quam in confessione, & non aliter veniam deici alteri aperiendi, quam in ordine ad hoc sacramentum & vt Doctor suppleat aliquo modo defectum scientiæ Confessarij, & vt Confessarius pœnitentem in hoc sacramento possit dirigere, ergo Doctor censendus est eam notitiam habere ex ipsa confessione, & in ordine ad claus, seu vt Confessarius debet suo munere in hoc sacramento fungatur.

3. Notandum est tamen esse etiam personas alias, quæ ad sigillum confessionis tenentur. Dico primò teneri ad obligationem sigilli Sacerdotem excipientem confessionem. Secundo laicum, qui se gerit tamquam Sacerdotem, Tertio interpretem, qui est instrumentum pœnitentis, & qui proximè concurrat ad explicationem peccatorum. Quarto eum, qui inculpate audiuit alterius confessionem, & multo magis eum, qui sua culpa audiuit, vt qui se fortitè ingessit ad audiendum. Quinto eum, qui peccatum audiuit ex Confessario absque licentia pœnitentis. Sexto eum, qui alterius rudis confessionem describit, vt si pœnitens petat ab aliquo peccata sua describi, vt ea melius possit in confessione recensere, quia hoc modo inchoatur confessio. Septimò Superiorem, cui vel ante, vel post confessionem explicatur casus reseruatus pro autoritate eum absoluedi. Et hæc omnia docet Ioannes Præpositus in 3. p. D. Thome. q. 11. de sigillo confessionis, dub. 4. n. 32. vsque ad n. 35. Sed de aliquibus personis ex supradictis in particulari inquirendum esse puto. Quæro igitur:

RESOL. XXXIV.

An si pœnitens confiteatur cum laico existimans posse in absentia Sacerdotis absolui, teneatur laicus celare peccata audita sub Sigillo? Ex part. 10. tr. 1. Ref. 13.

Super hoc in Ref. præterita §. vic. cursum in v. secundo laicum & in Ref. seq.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Petrus de Ochagauia de Sac. tr. 3. de sigillo quest. 2. num. 6. vbi sic ait: Quod si laicus confiteatur laico ex deuotione, quamuis vera censeatur, propter igno-

rantiam, confessio, non tenetur audiens serrare sigillum confessionis, quia neque est Sacerdos, neque talis existimatur, ignorantia enim iuris non sufficit ad obligandum ad secretum sigilli, sicuti ignorantia facti, quare ille laicus poterit in aliquo calu reuelare peccatum, quod non posset Sacerdos Confessarius Ita ille, & post illum Tanner. Tom. 4. disp. 5. q. 9. num. 6. num. 139.

2. Verùm ego adhæreo contrariæ sententiæ, quam docet doctus Hurtado de Sacram. disp. 12. art. 3. vbi ita asserit: Si pœnitens confiteatur laico, existimans eum posse in absentia Sacerdotis Confessarij absolui, tunc laicus ille tenetur sigillo confessionis, (non minus quam qui se finxit Confessarium) quia tunc cognouit peccatum ex confessione intentionaliter sacramentali. Sic doctissimus Hurtado. Cui etiam addendus ex eadem Illustrissima Religione Societatis Iesu Ioannes Præpositus in 3. p. q. 11. de sigillo, dub. 2. n. 22. vbi sic asserit. Si quis confiteatur non Sacerdoti etiam laico, bona fide putans esse Sacerdotem, inducitur sigilli obligatio, quamuis enim talis confessio à parte rei non sit sacramentalis, prædictis tamen æstimatione putatur talis à pœnitente, cum error circa ministrum non sit formalis, & circa conditionem ministri, sed solum materialis, & facti, qui error non debet tollere obligationem sigilli, & nocere pœnitenti bona fide procedenti. Hæc ille, nec aliter sentendum puto.

RESOL. XXXV.

An laicus, si ex necessitate audiat alicuius confessionem, teneatur ad Sigillum?

Idem à fortiori dicendum est de laico, cuius pœnitens voluit simul cum Sacerdote audire confessionem ad maius erubescentiæ meritum.

Et notatur, quod in supradicto casu, etiam si laicum non teneatur ad sigillum confessionis, tenetur tamen maximo secreto naturali, neque pro aliqua causa debet illud infringere, etiam adhibito iuramento, & potius tenetur mortem subire, quam secretum illud naturale aliquo modo violare.

Sequitur etiam huiusmodi laicum assumptum à pœnitente loco Sacerdotis, etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illius non posse tamen à iudice compelli ad illud iudicialiter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionem aliquam. Ex part. 5. tr. 1. Ref. 14.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenent communiter recentiores, Pitigianus in 4. sent. 10. 2. dist. 21. quest. 2. art. 3. Hurtado de Sacram. disp. 12. de pœnitent. disp. 3. Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. dub. 2. Suarez disp. 33. sect. 2. Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 1. num. 4. Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 19. num. 8. Toletus lib. 3. cap. 16. num. 5. Sotus in 4. disp. 18. quest. 4. art. 7. & alij. Et ratio est, quia talis laicus non cognouit peccatum ex confessione sacramentali adhuc intentionaliter, quia non fuit facta vero iudici. Et à fortiori idem dicendum est cum Maldero tract. de sigillo. c. 13. de eo laico, quem pœnitens voluit simul cum Sacerdote audire confessionem ad maius erubescentiæ meritum, non enim tenetur ad sacrum sigillum sacramenti Confessionis, ac

2. Sed his non obstantibus Fagundes præter. 1. lib. 6. cap. 6. numer. 5. ex Graffio, Vivaldo, Adriano, Paludano, Nauarro & aliis, docet in tali casu laicum teneri ad sigillum confessionis, quia simul ac confessio fit in forma sacramentali, & ad modum sacramentalis confessionis adnexam habet obligationem sigilli: nam sigillum introductum fuit & in

De Sigillo Confessionis. Ref XXXVI. & c. 44

& in honorem ac venerationem sacramenti, & in fauorem poenitentium, & fauores sunt ampliandi, ita vt non solum intelligantur de sacramentali confessione, sed etiam de illa, quae ad modum confessionis sacramentalis fit; cum dolore, & pro necessitate, siue fiat laico, siue non. Ita Fagundez, qui respondet ad argumenta, quae pro negatiua sententia adducit Suarez.

3. Notandum est tamen cum Onuphrio *opusc. de sigillo, sect. 3. q. vnic. dub. 5.* quod licet supradicta opinio negatiua esset vera, tamen in tali casu laicum, etiam non teneatur sigillo sacramentali, tenei tamen maximo secreto naturali (loquimur autem in casu, quo laicus assumitur loco Sacerdotis) neque pro aliqua causa debere illud infringere, etiam adhibito iuramento, & potius tenetur mortem subire, quam secretum illud naturale aliquo modo violare. Sequitur secundo huiusmodi laicum assumptum a poenitente loco Sacerdotis, etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illius, non posse tamen a iudice compelli ad illud iudicialiter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionem aliquam; & ratio est, quia delictum illud sic auditum, non pertinet ad forum externum alicuius iudicis, vnde non potest de illo aliquo modo inquisitio fieri a iudice etiam Ecclesiastico. Sed ex his oritur alia difficultas.

RESOL. XXXVI.

An qui se fingit Sacerdotem teneatur ad sigillum? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 15.

§. 1. **V**iusmodi fictum Sacerdotem non teneri nisi secreto naturali ad celanda ea, quae ex tali confessione audiuit, tradit Toletus *lib. 3. c. 6. numer. 13.* cum aliis. Et ratio est, quia confessio facta coram ficto Sacerdote non est sacramentalis, ergo neque potest habere sigillum, neque obligare alios ad sigillum sacramentale. Et hanc opinionem tenet nouissime Onuphrius *opusc. de sigillo sect. 3. q. unica, dub. 4.* vbi probat confessionem sacramentalem, & consequenter ad sigillum duo requiri. Primum, vt fiat confessio coram habente auctoritatem; secundum, vt fiat a poenitente animo percipiendi sacramentum. Vnde in aliqua confessione, licet ex parte poenitentis sit animus percipiendi sacramentum Poenitentiae, & alia omnia, quae penes poenitentem requiruntur, si tamen deficiat primum, quod maxime requiritur, auctoritas scilicet, ex parte audientis, non erit confessio sacramentalis, & consequenter neque sigillum, proprie, & formaliter loquendo, & contra si poenitenti non sit animus percipiendi sacramentum, sed potius sit animus contrarius illudendi, scilicet Confessarium, neque sit illi aliqua mens poenitendi, etiam si sit auctoritas in audiente, neque erit confessio sacramentalis. Quare ad confessionem sacramentalem tantum illa duo videntur necessaria, vt scilicet fiat a poenitente animo percipiendi sacramentum, & praeterea quod maxime requiritur, vt fiat coram habente iurisdictionem.

2. Verum licet haec opinio olim mihi ariserit, nunc contraria placet, quam tuetur Valboa de Magrouiejo in *lect. Salmar. tom. 2. cap. omnis vtriusque sexus, num. 64.* Mæratius in *D. Thomam, tom. 3. tract. de sacram. Poenit. disp. 3. sect. 2. num. 1.* Raynaudus de *monitor. part. 3. cap. 3. quest. 4.* Suarez in *3. parte, tom. 4. disp. 3. sect. 2. n. 1.* cum D. Antonino, Soto & Adriano, quibus ego addo doctum Ochaguiam de *Sacramentis, tract. 3. de sigillo confessionis, quasi. 1. n. 4.* vbi sic ait. Hinc sequitur cum communi sententia cum,

qui fingens se esse Sacerdotem Confessarium, cum bona fide poenitentis audit confessionem, teneri ad sigillum. Probatur, quia poenitens confitetur bona fide & intentione sacramenti efficiendi: ergo debet ei seruari sigillum, aliàs ipsi sacramento & poenitenti maxima fieret iniuria, quae omnia necessaria sunt vt sacramentum de se onerosum, suae reddatur. Dicendum est igitur ad obligationem sigilli non requiri confessionem esse ex omni parte absolutam, & perfectam, nam licet poenitens non absoluitur propter indebitam dispositionem, si tamen habeat animum recipiendi verum sacramentum, & ex tali animo confessus est, tuetur Sacerdos ad seruandum sigillum, aliàs maxime retraherentur homines a confessione: ergo, &c.

RESOL. XXXVIII.

An qui casu audiuit peccata alicuius, teneatur ea non manifestare sub sigillo?
Et quid, si ex industria quis audiuit alterius confessionem sacramentalem?
Idem est dicendum de eo, qui intelligit murum per murum, & signa, vel quempiam surdastrum alius confitentem. Ex part. 5. tr. 1. Ref. 16.

§. 1. **V**iguerius & Tabiena asserunt tam illum, qui casu quam qui ex industria accedit, teneri ad celandum sub peccato mortali, non tamen proprie sigillo sacramentali, sed secreto quodam participationem sacro. Sotus in *4. dist. 18. quest. 14. art. 5.* ait. Si quis casu audiat peccata confessa, quia forte poenitens recitet alta voce, teneri illa sub mortali peccato celare secreto naturali, non sacramentali; si vero ex industria audiat, teneri tunc ad sigillum, & grauius puniendum esse, si illa reuelat aliis, non tamen puniendum esse iis poenis, quae infliguntur a Canone: & ita Tannerus *tom. 4. disput. 6. quest. 9. dub. 6. num. 134.* docet, casu audientem confessionem teneri inuolabili secreto, non tamen sacro sigillo.

2. Sed affirmatiuam sententiam tuendam esse puto. Dico igitur quod siue ex industria, quis audiat alterius confessionem sacramentalem teneri sigillo ad illam celandam. Et ita asserunt Doctores, quos citat Onuphrius *opusc. de sigillo, sect. 3. quest. unica, dub. 3.* quibus ego addo Fabrum *de poenitent. in 4. sent. dist. 19. quest. unica, disput. 34. cap. 2. numer. 19.* Pitigianum in *4. tom. 2. dist. 21. quest. 2. art. 5.* Megala in *1. part. lib. 1. cap. 16. num. 5.* Valboam de Magrouiejo in *lect. Salmar. tom. 2. c. omnis vtriusque sexus, de poenit. & remiss. num. 63.* Mæratius in *D. Thomam, tom. 3. disp. 3. sect. 2. nu. 1.* Fagundez *praecip. 2. lib. 6. cap. 6. num. 25.* Suarez in *3. part. tom. 4. disputat. 33. sect. 4. num. 7.* Moscoso in *summa, tract. 7. cap. 15. num. 5.* Caelestinum in *compend. tract. 1. cap. 17. num. 3.* Reginaldum *tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 26.* Kellifonium *tom. 2. in 3. part. quest. 11. art. 5. dub. unico.* Praepositum in *3. part. quest. 11. de sigillo, dub. 4. num. 33.* Granada de *Sacramentis, centrou. 7. tract. 11. disp. 4. num. 1.* Malderum *tract. de sigillo, cap. 14.* Mercetum de *Sacramentis, in 3. part. quest. 11. art. 3.* & Hurtadum de *Sacramentis, disp. 12. de poenit. diffie. 3.* Probatur haec opinio contra Sotum, quia sic audientes confessionem, siue casu, siue ex industria cognoscunt peccata ex confessione sacramentali: ergo obligantur ea celare sub sigillo. Deinde res transit cum suo onere: ergo cum confessio in se contineat sigillum, ad quemcumque transeat, semper transit cum hoc sigillo; ergo vel ille, qui audit confessionem alterius, audiatur casu, vel industria, qui audit confessionem,

Sup. duabus primis diffie. huius tituli supra eusdem in fine Ref. 4. & in Ref. 33. §. vit. verif. Quarto cum.

tionem, sequitur quod semper remanet obligatus ad sigillum illius. Confirmatur, quia alias hoc sacramentum merito redderetur graue, si contingeret non obligari sigillo eos, qui vel casu, vel etiam sua culpa peccata in confessione audiunt, cum confessio homini instituenda huiusmodi casibus possit esse obnoxia. Nota etiam cum Maldero *tr. de sigillo, c. 13.* idem dicendum esse de eo; intelligit mutum per nutus, & signa, vel quempiam furdistrum alius confidentem nam sic confitens non intendit publicè confiteri, sed secretè.

3. Vnde ex his nouissimè Io. Henriquez *in compend. cas. mor. cap. 46. num. 12.* sic asserit: *El hombre que sin querer, o queriendo oyò algun pecado de algun penitente que se estava confessando, esta obligado a guardar el secreto con el mismo rigor que el Confessor. Y si con toto esse dixere a otras personas lo que oyò en confession, quedan todos obligados a callar debaxo de la misma obligacion que el Confessor; y si la malicia vnièssè llegado a que el hombre que oyò a un delinquente confessar un delito, se vnièssè querrellado ante algun juez deste delito, no dexiendo que lo oyò confessar, queda obligado el juez, despues que supo que se tubo noticia del delito por confession a no proceder en la causa, y guardar el secreto, como si lo vnièssè oyò en confession, y a dar por nulo todo lo actuado. Sic ille.*

Sup. his infra in Ref. 41. §. vlt. ad med. à vers. Si C6 fessor, & in aliis eius annot. Sup. hoc lude dice infra in Refol. 43. §. Vnde, & in aliis eius not.

RESOL. XXXVIII.

An quando quis coram multis confitetur, ut in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt, ad Sigillum?

Et an Confessarius teneatur ad Sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt?

Sed aduertitur, quod si plures Confessarii confessionem audierint quacumque occasione, non postea inter se loqui de alienis peccatis; neque alij inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licite facere, sed tenentur omnes ad Sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiunt, siue licite, siue illicite, siue mediate, siue immediate audiant: Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 23.

Sup. hoc quod hic supponitur supra in tr. 4. Ref. 45. §. 1. & 2. & in aliis eius primæ annot.

Sup. hoc in Refol. annot. præterita, & supra in tr. 3. Ref. 113. vers. Tertio & in tr. 4. ex Ref. §. 1. in fine & in Ref. 47.

§. 1. *Suppono cum Ioanne Henriquez in comendo los que nauayan padecen gran tempestad con peligro proximo de perderse el nauio, y quando actualmente se estan peleando en guerra, puede cada uno dezir algunos pecados, y luego ser absuelto y si el peligro fuera tan grande, que no diere lugar a que cada persona en particular pueda confessar algunos pecados, pueden todos juntos confessar algunos, y dolerse dellos, y luego el Confessor los ha de absolver a todos juntos, dexiendo: Ego vos absoluo à peccatis vestris, in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, &c.*

2. Hoc supposito Medina *Cod. de confess. quest. 51.* & Vicaldus *in Candel. part. 1. vbi de sigillo, num. 38.* existimant huiusmodi Confessarium non teneri ad sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt; tenci verò quoad alios; & ita tenet etiam Henriquez *lib. 3. de penitentia cap. 21. num. 1.* vbi sic asserit: Quando ex causa publicè fit confessio, vt olim mos erat, non tenetur Confessarius ad sigillum. Sic ille.

3. Sed hæc opinio non est tenenda, quod probatur ex doctrina Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 1. 33. sect. numer. 3.* vbi asserit quod si plures Confessarii confessionem audierint quacumque occasione non

posse postea inter se loqui de alienis peccatis, quia si nec licet loqui cum iplo penitente absque expressa illius licentia, multominus licebit loqui cum aliis, etiam si notitiam confessionis habebant. Vnde à fortiori dicendum est, neque alij inter se, neque cum iplo Sacerdote id poterunt licite facere, tenentur namque ipsi ad sigillum in tali casu: nam, vt supra probatum est, & docet Richardus & Scotus, quos citat & sequitur Angelus *ver. Confessio, vltim. num. 16.* Armilla *ver. Confessio, num. 8.* & alij tenentur ad sigillum, qui alterius peccata dum confitetur, audiunt siue licite siue illicite, siue mediate, siue immediate audiant, & omnia si prædicta docet etiam Fagundez *prac. 2. lib. 6. cap. 5. num. 1.*

RESOL. XXXIX.

An interpres teneatur eclare peccata sub Sigillo sacramentali?

Et cur sissimo asseritur eos, qui sponte à penitente, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari Sigillo: Ex part. 5. tractat. 1. 1. Refolut. 48.

§. 1. *N*egatiuam sententiam docet Victoria *in 171. Caietan. in sum. ver. confessio, cond. 11.* Scotus *in 4. dist. 18. quest. 4. art. 5. §. per hoc respondetur,* & alij, negantes simpliciter interpretem teneri sigillo sacramentali, sed secreto naturali. Probatur hæc opinio, quia in ea confessione interpres tenet se ex parte penitentis, & ideo sicut non tenetur penitens sigillo, sic neq; interpres eodem tenebitur. Deinde illa confessio per interpretem nullo modo est necessaria, quare neque etiam poterit obligare ad sigillum, & ita hanc sententiam tenet Tannerus *tom. 4. disp. 6. quest. 9. dub. 6. n. 134.* vbi docet interpretem teneri iniudicabili secreto, non tamen sigillo sacramentali.

2. Verum his non obstantibus prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tenent Scotus, Richardus, Rosella, Syluester, S. Anton. Medina, Nauar. Philarchus, Toletus, quos citat & sequitur Onuphrius *opus. de sigillo sect. 3. qu. vn. dub. 28.* quibus ego addo Valboam de Magrouieo *to. 2. lib. 1. Salmar. in cap. omnis vtriusque sexus, de penit. & remiss. numer. 62.* Turrianum *de penit. disp. 33. dub. 1.* Maratium *in D. Thomam tom. 3. tract. de penit. disp. 32. sect. 2. num. 8.* Raynaudum de Monitor, *part. 1. cap. 3. quest. 4.* Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 6. num. 17.* Henriquez *lib. 3. cap. 19. num. 9.* Ioan Henriquez *in compen. cas. mor. cap. 46. num. 11.* Molico *in sum. tract. 7. cap. 15. num. 5.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 4. num. 4.* nostrum doctum & charissimum Trimachi, *de Confessi. solliciti. disp. 7. sect. 4. num. 8.* Cælestinum *in compen. tract. 1. cap. 18. num. 3.* Reginaldum *tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 26.* Kellionium *tom. 2. in 3. part. quest. 111. art. 3. dub. vn. Mercurum de Sacram. in 3. part. quest. 11. art. 3.* Pirigianum *in 4. sent. tom. 2. dist. 21. quest. 2. art. 5.* Fabrum *de penit. in 4. sent. dist. 19. quest. vn. disp. 34. cap. 2. numer. 21.* Præpositum *in 3. part. quest. 111. de sigillo, dub. 8. num. 32.* Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 7. tract. 11. disp. 4. num. 1.* Ochagaviam *de Sacram. tract. 3. de sigillo Confessi. quest. 2. num. 1.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 9. dist. 72. num. 5.* & Hurtadum *de Sacram. disp. 12. de penitent. difficult. 3.* & ratio est, quia quamuis interpres non se teneat ex parte Confessarii, cui fit confessio, sed penitus ex parte penitentis, quia penitens medio iplo interprete confitetur Confessario, subicit suam confessionem illi, nihilominus cognoscit peccatum

tum penitentis ex confessione inchoatiue sacramentali, quia etiam vt directa ad ipsum interpretem est inchoatiue sacramentalis, quia medio ipso & per ipsum fit, & dirigitur ad Confessarium, & subicitur clauibus, ac proinde reuelando peccatum irrogat iniuriam confessioni inchoatiue sacramentali, ex qua illud cognouit. Hac omnia Hurtado Complut.

3. Deinde cum hoc sacramentum sit maximae necessitatis, quod tamen interdum aliter quam per interpretem non potest institui penitentes maximum grauiam sentirent, si interpres non teneretur legibus sigilli, & id cederet in maximam ipsius sacramenti iniuriam, quod hac ratione redderetur odiosum. Ex his patet responsio ad primum argumentum. Ad secundum quod confessio per interpretem non est necessaria, non valet, quia peccata venialia non sunt necessaria, & tamen tenetur ea Sacerdos serpare sub sigillo. Vnde Ochagauia ubi supra, inchoatur contra Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 3. assententem eos, qui sponte a penitentibus, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari sigillo.

RESOL. XL.

An si v.g. Petrus consulat ante confessionem virum doctum in ordine ad confessionem faciendam non cum illo, sed cum alio, teneatur dictus Confiliarius ad Sigillum?

Et docetur, quod si penitens virum doctum consulat, vt sciat, quomodo se preparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Praelato etiam sub excommunicatione praecipiat.

Ex qua curia deducitur, quod quando obligatio regendi est tantum secreti naturalis, & non Sigilli sacramentalis, tenebitur Confessarius manifestare sub excommunicatione rem sibi reuelatam, &c. Ex part. 5. tr. 1. Ref. 44.

§. 1. Negatiue respondet Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 4. num. 6. & sect. 2. num. 4. & Henriquez lib. 3. cap. 2. num. 4. & Aragon in 2. 2. 9. 3. 3. art. 7. & alij, assentes talem Confiliarium non teneri ad sigillum, sed ad secretum naturale, quia illa reuelatio non ex confessione, nec per confessionem fit, neque in eo casu confiliarius talis participat calum clauium, cum non ex confessione, neque per confessionem, sed ante confessionem sciat peccata manifestata; vnde est diuersa ratio inter hunc casum, & illum, in quo consilium petitur ab aliquo viro docto post confessionem factam.

2. Sed non desunt Doctores contrariam sententiam tenentes, & illam tenent Martinus Fornarius in instr. Confess. lib. 1. tract. 1. cap. 3. nu. 13. & Fagundez pr. 2. lib. 6. cap. 6. num. 23. vbi citat Nauarr. & rationes adducit pro hac firmanda sententia, cui ego libenter adhaereo, fauet enim magis sacramento Confessionis, & non retrahit homines ab illo, imo trahit. Vnde opinio Suarez odiosum facit Sacramentum, nam, vt optime contra illum obseruat Fagundez, quamuis huiusmodi Confiliarius nec ex confessione, nec per confessionem peccata sciat, scit tamen in ordine ad confessionem, & modo aliquo participat vsum clauis scientiae quatenus dirigit penitentem ad Sacramentum, quae quidem directio quamuis penitenti fiat, suapte tamen natura tenet se ex parte Confessoris, & ad illum pertinet quatenus director facit id, quod debuerat facere ipse Confessarius, si doctus ac prudens esset.

3. Ex his recte Medina lib. 1. c. 14. §. 36. ad finem

docuit, quod si penitens virum doctum consulat, vt sciat quomodo se preparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Praelato, etiam si sub excommunicatione praecipiat, quia est via ad confessionem, quod est dicere teneri ad sigillum confessionis, nam si obligatio tegendi esset tantum secreti naturalis, & non sigilli sacramentalis, tenebitur Confiliarius manifestare sub excommunicatione rem sibi reuelatam, secretum enim naturale non obligat cum damno alicuius, quando autem Praelatus praecipit sub excommunicatione, vt sibi res reueletur, ideo praecipit, quia damnum affert, sibi, vel aliis.

RESOL. XLI.

An, cui reuelata est iniuste confessio a Confessario, teneatur celare illa peccata manifestata sub sigillo? Et an omnes alij, qui ab isto, qui a Sacerdote audiuit, audierunt, & alij ab istis, & isti ab aliis; siue mediate, siue immediate; siue licite, siue illicite audierunt, omnes teneantur ad Sigillum confessionis? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 7.

§. 1. EX Medina respondet negatiue Onuphr. Opusc. de sigillo, sect. 3. q. vn. dub. 6. docet enim eum, cui iniuste titulo reuelatur aliquid ex confessione, non teneri ad illud celandum, nisi secreto naturali, quia illa cognitio, quam habet is, cui iniuste facta est reuelatio, non est per se, & immediate ex confessione sacramentali, sed omnino extra Sacramentum. ergo non potest obligare nisi ad secretum naturale, non ad sacramentale, quod solum pendet ex confessione sacramentali.

2. Sed prolixius contrariam sententiam tenendam esse puto cum Maldero tr. de sigillo, c. 13. Fagundez pr. 2. lib. 6. c. 6. n. 26. Suarez in 3. p. tom. 4. d. sp. 3. 3. sect. 4. num. 6. & sect. 5. num. 8. Toledo lib. 3. cap. 16. n. 13. Piti-giano in 4. sent. tom. 2. dist. 21. q. 2. vt. 5. Turriano de penit. disp. 33. dub. 1. Valboa de Mogrouiejo tom. 2. lect. Salmar. in cap. omnis viri, & de penit. & remission. num. 67. Maratus in D. Thomam, tom. 3. tr. de sacram. Penit. disp. 32. sect. 2. n. 2. Marchantio in resol. Pastor. de sacram. Penit. tract. 5. cap. 5. q. 3. & Ochagauia de sacram. Penit. tract. 5. cap. 5. q. 3. & vbi sic ait: Si Confessor inique reuelet alteri confessionem, omnis ille, qui audit, & omnis ille, qui habet notitiam comparatam ex confessione, mediate, vel immediate tenetur sigillo, quia notitia confessionis transit ad omnes cum onere sigilli, ne iniuria fiat Sacramento, & ne molesta reddatur confessio. Ita ille qui citat Syluester. & Nauarr. nec aliter sentendum esse puto: vnde recte Fagundez ex supradictis Doctoribus vbi supra, etiam asserit: Omnes alij qui ab isto, qui a Sacerdote audiuit, audierunt, & alij ab istis, & isti ab aliis tenentur ad sigillum, iuxta allegatos Doctores. Quamobrem recte colligunt hanc vniuersalem & certam regulam, omnem notitiam comparatam ex confessione vt sic, siue mediate, siue immediate, siue licite, siue illicite comparata sit, manere sub sigillo sacramentali nam sicut Confessarius non habebat ius reuelandi, nec illi qui confessionem audierunt, ius audiendi, ita non possunt illud iuste ad alios transferre.

RESOL. XLII.

An qui inuenit chartam, in qua scripta erant alicuius peccata, teneatur illa abscondere sub Sigillo confessionis, siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit?

Et

Sup. hoc sup; in Ref. 33. §. vlt. v. Quinto cum.

Sup hoc sup; in Ref. 37. §. vlt. à fin. c. v. si con todo, & in fine Re. solut. 38.

Et an si dicta peccata vergerent in damnum commune seu alicuius innocentis tertij, teneatur in tali casu reperitor Charta illa peccata revelare ad auerendum tale damnum?

Et si reperitor supradictae chartae moraliter certus sit non nisi leuia, & non infamantia peccata in ea esse ideoque curiositate legat, vel lecta aliis euulget, an debeat conferi peccata mortaliter, sicut Superior, aut Index, qui inuenta schedula peccatorum alicuius vellet contra illum inquirere, vel tantum peccet venialiter? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 111 alias 112.

Sup. hoc in Ref. leg.

§. 1. TENERI dicta peccata abscondere sub secreto naturali, non autem sub sigillo confessionis, docent Suarez 10. 4. disput. 3. sect. 4. n. 5. Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 4. n. 50. Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 1. §. n. 19. Henriquez lib. 3. de penit. cap. 20. num. 2. & in glossa lucra M. Megala in 1. par. lib. 1. c. 16. n. 7. Onuphrius opuscul. de sigillo confessionis. sect. 3. quae. unica. dub. 6. fol. mibi 2. 8. & alij penes ipsos. Et ratio est, quia etsi peccata illa descripta fuerint, aut sint futura materia remota confessionis, tamen non sciuntur primò & immediatè ex sacramentali confessione, sed omninò ab extrinseco. Ergo non cadunt sub sigillo confessionis. Vnde ex his apparet, quòd si dicta peccata vergerent in damnum commune, seu alicuius tertij innocentis, teneretur in tali casu, vt notat Layman ubi supra, qui dictam chartam inuenit, illa peccata ad auerendum tale damnum revelare, nam secretum naturale, vt patet, non obligat cum damno alterius.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse puto, & ita docent Fagundez praecip. 2. lib. 6. c. 5. n. 16. Delius in disquis. magis lib. 6. cap. 1. sect. 2. Grassius Vega, Vivaldus Nauarra penes ipsos Idem etiam docet nouissimè Homobonus de exam. Ecol. part. 1. tract. 5. cap. 21. quae. 1. 12. Zanardus in direct. confes. part. 1. de sacram. Penit. cap. 29. dub. 3. Rodriguez in summ. 10. 2. c. 5. n. 4. Berarducius in summa corona, part. 1. cap. 3. n. 17. & Malderus tract. de sigillo confess. c. 13. vbi sic asserit. Qui inuenit descripta penitentis peccata, quae litteris mandauit forte memoriae causa, vt ea exactius confiteatur, teneat sigillo, siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit. Communis Doctorum ratio est, quia charta istius tenor est aliquid confessionis, & quasi confessio scripta, vt equiparari possit charta illa modo, quo quis casu audit confessionem. est enim charta illa quasi interuentia iurans memoriam confitentis, itaque censetur sigillata facto sigillo. Ita Malderus, & rectè quidem; nam charta illa dici potest confessio inchoata: & si peccata illa sint confessi, iam effecta. Ideò firmius dicere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, sicut illa, quae aliquis reuelauit mihi ex dicto Confessarij vel ex auditione confessionis. Et licet pro contraria opinione adsint DD. tamen nostra est amplectanda, quia fauorabilior est Sacramento.

3. Notandum est hic obiter, Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 1. §. n. 19. asserere, quòd si dictae schedulae reperitor moraliter certus sit, non nisi leuia, & non infamantia peccata in ea scripta esse, ideoque curiositate legat, vel lecta aliis euulget; non debet conferi plusquam venialiter peccasse, quia non violauit sigillum confessionis, sed tantum naturale, cuius obligatio ob materiae paruitatem minuitur. Ita ille. Sed ego puto ita facientem peccare mortaliter, & frangere sigillum confessionis, sicut Superiore, vel Iudicem, qui inuenta schedula peccatorum alicuius, vellet contra illum inquirere, & punire. Vide Fabrum in 4. sent. disp. 19. quae. unica, disp. 34. cap. 4. num. 88. Reginaldum in praxi, tom. 1. cap. 3. num. 30. & alios communiter.

Sup. hac schedula lege §. Vnde Ref. praeriti ae annot.

An qui inuenit papyrum, in qua erant peccata alicuius scripta teneatur ad Sigillum confessionis, siue confessio facta sit, siue adhuc facienda sit?

Ex quo solui possit, quid dicendum sit de illo, qui reperit libellum, in quo scripta sunt peccata alicuius?

Et quid, si charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione?

Ex quibus etiam sequitur, quòd si index inuenisset peccatum rei schedula commendatum ad confessionem faciendam, teneatur index cessare ab inquisitione criminis, & non iurare ex illa notitia: imò etiam si iam reum condemnasset convictum testibus, & postea intelligeret totam delationem vel accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione; teneatur damnatum absolueret, & dimittere. Ex part. 5. tr. 11. Ref. 27.

§. 1. NON teneri dicta peccata tacere sub sigillo, sed sub magno secreto naturali, docet Tannerus tom. 4. disp. 6. quae. 9. dub. 6. num. 3. 1. Sotus de secreto, quae. 4. dub. 3. num. 3. Bañez in 2. 2. quae. 3. 3. artic. 8. dub. 5. conclus. 2. Valboa de Magroicujo 1. 2. lib. Salmat. in c. omnis vtriusque sexus, de pan. & reuissio. n. 6. 5. Maratus in D. Thomam 10. 3. disp. 3. 2. sect. 2. num. 4. Marchantius in resolut. Pastor. de Sacram. de Penit. cap. 4. §. 4. Raynaudus de Monitor. part. 1. 3. quae. 4. Nauarra de reuissio. 1. 2. cap. 4. n. 4. 50. Ochagauia de Sacram. 3. de sigillo, quae. 2. n. 2. Granado in 3. part. de Sacram. controuers. 7. tr. 11. disp. 4. n. 1. quia illa charta non erat confessio, sed via ad illam Et ideo haec sententiam tenet Onuphrius opuscul. de sigillo, sect. 3. quae. unica. dub. 6. vbi sic ait: Ex his solui posse quid sit dicendum de illo, qui reperit libellum, in quo sint descripta peccata alicuius, dicimus enim illum teneri ad celandum, quae scripta peccata reperit, non illa sacramentali, sed secreto naturali. Et ratio est, quia etsi peccata illa descripta fuerint, vt sint futura materia remota confessionis, quia tamen non sciuntur primò & immediatè ex occasione sacramentali, sed omninò ab extrinseco, ideo qui sic reperit libellum illum, non videtur posse ligari, nisi solum naturali secreto ad ea, quae descripta reperit, celanda, non secus ac si quis peccatum alterius sciret alter, quam per confessionem. Vnde sequitur grauius quidem illum peccaturum, si deinde cum alio loquatur de illis, quae sic descripta reperit in libello, et Soto ubi supra.

2. Mihi verò magis placet opinio affirmatiua quam docui cum multis Doctoribus in 3. part. tractat. 4. resolut. 112. quibus nunc addo Martinum Penes in speculo moralis, part. 1. cap. 8. num. 8. Facitum de sacram. Penitent. lib. 7. quae. 29. Fornarium in Instr. Confessar. lib. 1. tract. 1. cap. 3. numer. 13. Grassium decis. au. part. 1. lib. 1. cap. 23. num. 43. solidas rationes pro hac sententia afferentes, quas omnino videbis; vide etiam Marchinum de peste, part. 3. cap. 11. num. 14.

3. Vnde ex his sequitur, vt optimè obseruat Fagundez praecip. 2. lib. 6. cap. 4. num. 28. quòd si index inuenisset peccatum rei, schedulae commendatum ad confessionem faciendam, teneatur index cessare ab inquisitione criminis, & non iurare ea notitia, imò etiam si iam reum condemnasset convictum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione, teneatur damnatum absolueret & dimittere & ideo nostram sententiam, nempe inuenientes schedulam in qua scripta sunt peccata, teneri ad sigillum, docet etiam Fagundez loco citato, cap. 5. numer. 16. quia si charta

charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione, assumitur ibi vir doctus tanquam persona necessaria ad perfectionem Sacramenti, non necessaria secreto; si verò tantum scripta sit in subsidium memoriae, iam potest dici confessio inchoata, ut patet, & quia saltem haec rationes, & Doctores faciunt hanc rem dubiam; in dubio autem inclinandum est in fauorem sigilli & Sacramenti. Iam verò si peccata, quae inveniuntur scripta, iam sint confessio, cum iam affecta maneat sigillo confessionis, firmius dicere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, & transire semper cum suo onere sigilli: sicut enim illa, quae mihi reuelavit aliquis, qui ea à Confessore audiuit tenent seruari sub sigillo, sic etiam tenebunt seruari haec peccata scripta, quae iam fuerunt confessio sub eodem sigillo, cum par sit utrobique ratio: nam propterea illa peccata, quae audio ab alio, teneo seruari sub sigillo, quia scio fuisse confessio, & quia ubi primum confessioni subiecta fuerunt, ita affecta obligatione ac onere sigilli manserunt, ut semper transeant cum suo onere, & illud exuere nunquam possint, nisi de consensu confitentium, de eorum enim consensu possunt non solum Sacerdotes, sed etiam quicumque alij loqui de huiusmodi rebus confessis, ut saepe diximus. Ergo etiam propterea illa peccata, quae fuerunt confessio, & scripta inveniuntur, affecta erunt praedicto onere, & obligatione sigilli, quia iam confessio sunt, & semel sub sigillo cesserunt, nam parum refert, quòd ego nesciam illa iam fuisse confessio, id enim per accidens est, & tunc incipit sub sigillo obligare, cum id sciuerim.

RESOL. XLIV.

An que peccata non sunt, & aliis concernunt, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 38.

§. 1. Si confitens occasione suorum peccatorum, sive potè tanquam circumstantias, aut obiecta, aut quia sua ruditate cum non pertineant, putat ea pertinere ad explicationem suorum peccatorum aliqua talia secreta narret, existimant Doctores talia etiam comprehendi sigillo; si verò concomitantè solum in confessione narrentur, tenetur Confessarius solum secreto naturali, nisi fortè propter scandalum, quando putarentur ad confessionem pertinere, etiam aliquid admisceatur obligationis ipsius sigilli; & ita docet Malderus tract. de sigillo, c. 18. Probantur supradicta, & cum responsio contineat tres partes, Primam probo; quia circumstantias comprehendi sigillo, est communis sententia, quod extendendum est ad alia quaecumque quae à penitente dicuntur ad declarandum peccatum suum, sic enim demum securè etiam simplices peccata sua narant. Secunda pars probatur, quia illa non pertinent ad confessionem, cum sine illis omnino consistat integra, & hoc ipsum sciat penitens, qui etiam iis non vitior ad explicandum sua peccata: at fortè ex leuitate ibi narant, quo casu à Confessario reprehendi deberet, aut consilium aliquod circa illa petit, aut solamen, si ipsum affligant. Sufficit ergo seruari illa secreta naturali obligatione. Tertia pars, quae casum scandalum excipit, est certissima, quia ut diximus supra, hoc cederet in grauamen, & odium confessionis si reuelarentur. Vnde in casu scandalum ne quidem proposito edicto de excommunicatione non reuelantis, videtur talia debere reuelare, quamuis quidam tunc putet, debere reuelare, sed tu tene nostram sententiam.

Tom. 1.

RESOL. XLV.

An si penitens explicet aliqua in confessione concomitantè, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 5.

§. 1. Negatiuè respondet Mercerus in 3. part. 9. 11. art. 2. & ideo ea, quae non pertinent ad peccata declaranda, sed in confessione concomitantè dicuntur propriè non contineri sub sigillo, docet Suarez in 3. part. disp. 33 sect. 3. & alij. Si nullo modo tamen inferuiant accusationi peccatorum.

2. Sed ego adderem cum Tannero tom. 4. disput. 6. quest. 9. dub. 6. num. 136. Si nec inferuire existimantur ab ipso penitente, ita ut nec in ordine ad peccata explicanda sint in confessione patefacta; nam si hoc modo explicarentur à penitente, puto sub sigillo ad illa non manifestanda Confessarium teneri; & ita etiam docet Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 39. ubi sic ait: Cadere sub sigillum, non modo cum ad peccatum declarandum necessarium fuerit tale quid in confessione exprimi, sed etiam cum fuerit vile, imò quoties in eum finem penitens (etiam si in eo fortè agat minus prudenter) aliquid dixerit, quod est in confessione tolerandum habita ratione communis modi confitentium hominum, multa saepe dicentium animo declarandi sua peccata, quae nihil sunt ad id necessaria, imò interdum neque utilia; cum ergo simplices & imprudentes auertendi non sint à confessione, sicut nec alij, tacenda sunt quaecumque ab eis dicuntur ad explicationem suorum peccatorum, ut possint securè, & sine timore reuelationis confiteri. Sic ille, vide etiam Fabrum de penit. in 4. sent. dist. 19. quest. vnic. disputat. 34. cap. 2. num. 31.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. praeteritae & aliquid supra in Ref. 19. ad lin. 3. & infra cursum in Ref. 50. in fine.

RESOL. XLVI.

An aliquando Confessarius possit obligare penitentem ad declarandum complicem?

Et aduertitur posse contingere, ut licet penitens dicat se velle per se ipsum immediate, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala iuxta suam obligationem; adhuc Confessarius possit illi differre absolutionem. Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. 2. Ref. 2.

§. 1. Respondeo, quòd non repugnat dari casum, in quo possit Confessarius penitentem obligare ad manifestandum sibi complicis nomen: non quidem quasi Confessarius eam obligationem imponat, sed quia reuera penitens eam habebat; & Confessarius, qui ex eius confessione hoc agnoscit, admonet illum de sua obligatione, cui si non vult satisfacere, iam meritò ei absolutionem negat, quem non inuenit ad absolutionem dispositum. Potrò posse illum casum contingere, constat apertè, quia potest Confessarius videre ex occulatione complicis grauissima damna imminere, ad quae impedienda penitens omnino tenetur; rursus videt, penitentem se ipso immediatè id non posse exequi, nec habere alium, per quem id possit praeter ipsum Confessarium: quo casu certum est teneri penitentem ad illud medium vnicum eligendum; quod si eligere nolit, iam non est aptus ad absolutionem recipiendam. Et haec omnia docet Lugo de Sacrament. penitent. disputat. 16. sect. 8. n. 432. qui rectè obseruat num. 434. posse contingere,

Sup. hoc lege doctrinam trimum R. sol. sequentium, & in co. 7. tr. 4. Ref. 25. in fine, & vide etiam praedictam Ref. 26. signantur ab eius lin. 7. & vers. certum est.

P p

tingere, vt licet pœnitens dicat se velle per se ipsum immediatè, vel per alium dare noticiam complices ad impedienda mala iuxta suam obligationem, adhuc Confessarius possit differre illi absolutionem, donec de facto suæ obligationi satisfecerit. Nam sicut debitori qui sapè proposuit restituere, & non restituit, prudenter differtur postea absolutio, donec prius cum effectu restituat, quia prudenter timeamus, quòd post Confessionem non restituat: sic in nostro casu, quando Confessarius prudenter timeret, pœnitentem non satisfacturum postea suæ obligationi, prudenter faceret differendo absolutionem, donec prius rem exequatur: immò addunt aliqui, quòd debet cogere pœnitentem, vt afferat sibi testimonium denunciationis, vel manifestationis factæ: ita Bartholomæus Medina 2. *summa*, *capit. quarto*, §. 1. hoc tamen videtur nimium: nam in illo foro debemus, & possumus credere pœnitenti circa præterita tam pro se quàm contra se, & quidem debitorem & furem absque alio testimonio absoluiimus, quando dicit se iam restituisse. Et hanc doctrinam antequam typis excuderet Pater Lugo, ego mordicus tenui, & consulti in Sicilia tempore quo pessima illa mulier vocata Tophania præbebat aquam suam venenosam, ex qua tot neces in Regno miserabiliter sublequuntur sunt, ex ignorantia aliquorum Confessariorum, qui pœnitentes absoluebant.

RESOL. XLVII.

An liceat Confessario interrogare de complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia pœnitentis?

Et an hoc sit absolute contra sigillum confessionis?

Et notatur, quod ex hypothesi, quod affirmatiua opinio sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de complice in hunc finem correctionis, sed expectare, vt pœnitens id sua sponte declaret, &c. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 112. aliàs 113.

Sup. hoc in duabus Ref. §. 1. **A**ffirmatiuè cum aliquibus limitationibus videtur respondendum ex Fagundez præcept. 2. lib. 5. cap. 2. num. 2. Suarez in 3. part. tom. 4. disputat. 34. sect. 4. num. 4. & aliis, penes ipsos; quia talis actio non est de se mala, ordinatur enim ad bonum finem, neque est contra sigillum, quia Confessarius in tali calu loquitur de auditis in confessione ex licentia pœnitentis.

2. Sed tu contrarium tene cum Villalobos in *summa*, tom. 1. tractat. 9. difficult. 38. num. 5. Syluio in *addit. ad 3. part. D. Thomæ, quest. 11. art. 2. concl. 2.* Maldero *tract. de sigillo conf. cap. 17.* Coriolano *tract. de cas. reserv. part. 1. sect. 3. art. 9.* Rodriguez in *sum. tom. 1. cap. 109. num. 9.* in editione nouissima Ledesma in *sum. tom. 1. de Sacram. Pœnitent. cap. 2. concl. 6.* Bañez in 2. 2. quest. 35. art. 8. dub. 8. part. 1. concl. 4. Soto in 4. sent. dist. 18. quest. 2. art. 5. ad 4. & nouissimè hanc sententiam docent Petrus Fay in *addit. ad 3. part. 9. 11. art. 1. disput. unica.* Petrus Lorca in 2. 2. *D. Thom. quest. 33. artic. 6. sect. 3. disput. 45. num. 20.* & Nugnus in *addit. ad 3. part. quest. 11. artic. 2. dub. 2.* vbi oppositum vocat temerarium, & perniciosum, tanquam ipsius Sacramenti destructiuum; & responderet ad omnia argumenta, quæ pro affirmatiua sententia adducit Suarez. Et ratio est, quia talis correctio non potest effici sine iniuria Sacramenti, non est enim negandum multum derogare sigillo confessionis noticiam illius ad effectus ad eò extrinsecos; finis etenim intrinsecus Sacramenti Pœnitentiæ est, tantum iustificatio pœnitentis, non au-

tem emendatio complices. Cæteras rationes inueniet apud Nugnum. Et hæc opinio est communis in scholæ D. Thomæ.

3. Notandum est etiam, quòd stando in prima opinione, & ex hypothesi concedendo esse probabilem, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de persona complices in hunc finem correctionis, sed expectare, vt pœnitens id sua sponte declaret. Neque se inuitet ad faciendam correctionem etiam si intelligat esse necessarium, sed expectet petitionem pœnitentis, hic enim fortè per ipsum, vel per alium curabit corrigere. Et ita docet Filiucius tom. 1. tractat. 7. capite undecimo, num. 349. Vnde apparet multum errare aliquos Confessarios et zelo indiscretos, & ex ignorantia extorquentes complices a pœnitentibus propter correctionem, vnde dum conscientias aliorum mederi volunt, iuram conscientiarum iacturam faciunt, aiunt Henricus libro secundo, de pœnitent. capite nono, numeri decimo, & Fagundez præcept. secundo, libro quinto, capite primo, num. 12. & alij.

RESOL. XLVIII.

An Confessarius propter correctionem fratrem debeat, aut possit extorquere complicem?

Et an illa peccata alterius tam complices, quam non complices in confessione narrata, ita claudantur sigillo, vt sine complice, aut alterius illius peccatoris licentia, esse habeat consensum a pœnitente, Confessor ea reuelare non possit: Ex part. 3. tract. 11. Ref. 39.

§. 1. **P**roforus negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam alibi satis docui, & nunc iterum doceo cum Maldero *tractat. de sigillo, capite decimo-septimo*, vbi ex duplici capite existimandum est si Confessor extorqueat complicem, vt eum corripiat, aut corripit curet. Primum, quia fit iniuria Sacramento, quod natura sua tale secretum postulat, quasi detectio esset facta soli Deo, ad solius contentis emendationem, adeo vt non debeat accusatio huius fori ad externum forum derivari, aut ad correptionem alterius. Quare si reuelatio complices non sit necessaria ad explicandum proprium peccatum, non potest Sacerdos ad vllum alium finem eam vtgere, præcipue cum nec liceat pœnitenti eam facere, & vt faciat, sicut iam supra diximus, secretum Confessarius id seruare debet. Certè neque proprium nomen, vt aliàs monuimus, tenetur pœnitens dicere, multo minus sui complices, si non aliud accedat. Si autem est necessaria, potest pœnitens Confessario complicem secundum dicta superius reuelare in eum finem, vt se accuset; sed omitti debet omnis correctio, monitio, punitio complices ex hac reuelatione, quia hæc non est necessaria ad explicandum & emendandum proprium peccatum. Secundò, quia fieret etiam iniuria complici, quia etiam si meritò corripiendus sit, non est tamen corripiendus, nisi ordine à Christo præscripto, cui ordini repugnat ipsum corripere ex sacramentali confessione, cum ipsius secretum hæc tenus etiam in fauorem complices redundet, vt non possit ipse illo modo prodi per illum, nisi quatenus necessarium est ad explicationem peccati ipsius pœnitentis. Quare etiam in casu quo pœnitens tenetur corripere Petrum de peccato suo, non est conueniens medium, vt Confessario suo reuelet peccatum Petri in illum finem, vt ipsius opera fiat correctio, si enim alio modo corripere, aut ad correptionem non venire potest, non tenetur corripere; si potest, tenetur.

teneat illum alium modum adhibere, hoc relicto. Quamvis enim hic modus sit secretus, non tamen est licitus, quia in iniuriam cedit Sacramenti, & quomodo sit corripendus proximus, alium modum Christus constituit. Si licitus esset modus qui est per confessionem, correptio ordinariè pro secretioni via amplectenda tentaretur per confessionem, quod esset insigne gravamen Sacramenti. Deinde diximus supra peccata illa secreta alterius tam complicitis, quam non complicitis in confessione narrata, claudi sigillo, & quidem sic claudi, ut sine complicitis, aut illius alterius peccatoris licentia, esto habeat consentum à penitente, Confessor ea revelare non possit; non ergo potest de illis Confessor corripere. Aduerte ergo Confessor, non tibi rectè revelari ad correptionem, quia secretum seruire debes, cum eo ipso minus possis corripere, quo magis secreto teneris. Præterea confessio non est instituta ut corripas alium, sed ut te ipsum, si non corripiendo, aut corripiendo, aut aliter peccaueris, accuses. Et hæc omnia docet Malderus ubi supra, in quibus miserimè scio quemdam Confessarium olim cum aliorum scandalo lapsus deliquisse.

RESOL. XLIX.

An quando quis confitetur, liceat manifestare complicitatem vel alterius peccatum, vel Confessarium possit de hoc interrogare ad finem corripendi peccatorem? Et docetur, quod si Sacerdos fraude, vi, aut importunis precibus extorqueat à penitente manifestationem complicitis, aut licentiam revelandi confessionem, absque dubio grauius peccat? Ex part. 7. tr. 3. Ref. 34.

§. 1. DE hac Quæstione fusiùs alibi egi, nunc cum Lorca in 2. 2. D. Th. disp. 34. n. 19. Dico primò. Penitens non tenetur manifestare complicitem, ut corripatur; nec Sacerdos tenetur interrogare, aut inducere penitentem, ut manifestet. Probatur euidenter. Et quidem penitentem non teneri constat. Quia non semper, sed raro tenetur secundum gradum ordinis correptionis seruire adhibendo tertium qui corripiat; & si incidat articulus temporis quo ad id teneatur, non tenetur media confessione facere, cum possit extra confessionem, nec tenetur potius Sacerdotem, cui confitetur, quam alium ad hoc munus eligere: est enim moraliter impossibile, ut ille solus sit, qui possit prodesse illi, qui correptione indiget. At verò nec Sacerdotem teneri ad interrogandum, & inquirendum de complice, manifestum est. Quia nemo tenetur inquirere alterius peccatum ut corrigat, ut ex supradictis constat. Et quamvis Prælati aliquatenus inquirere teneantur, sed non tenentur ut tam exquisito medio. Nulli ergo imminet obligatio huius inquisitionis, & ideo penitens non tenetur respondere Sacerdoti interroganti. Et, si sacerdos fraude, aut vi, aut importunis precibus extorqueat à penitente manifestationem complicitis, aut licentiam revelandi confessionem, absque dubio grauius peccat.

2. Dico secundò. Nullo modo licet Sacerdoti disquirere peccatum alterius, & inducere penitentem, ut manifestet illud, etiam si sola blanda persuasionem inducat. Probatur. Quia inquirere peccata quæ quis corrigat, illicitum est, ut sup. probauimus, etiam extra Confessionem: ergo multò potius in Confessione. Nam ultra inordinationem, & deformitatem, quam continet hæc inquisitio, si fiat

in confessione, iniuria fit Sacramento, quo vitur ut medio ad rem illicitam, & quo odiosum & onerosum illud reddit, tam ipsi penitentibus, quam aliis hominibus, qui grauius ferent, actiones suas, & negotia media confessione manifestari, & præbetur occasio ut absterneant alios à confessione.


3. Dico tertio. Penitenti tunc licet manifestare complicitem in confessione sine correptionis, quando extra confessionem id facere possit seruando secundum gradum ordinis in corripiendo, tunc enim si velit confessione uti, & confessarium adhibere ut ministrum aptum correptionis, non est per se illicitum. Et hoc probat fundamentum prioris sententiæ, idq; solum S. Thomas, & alij authores concedunt. Verum tamen, cum secundus ille gradus ordinis in correptione seruandi raro habeat locum, & cum possit extra confessionem fieri, & magis expediat, ut extra confessionem fiat, quia nonnihil odij in sacramentum generat, & cum moralia moraliter definienda sint; potius asserendum est, non licere hoc medio uti ad correptionem fraternam, quam licere. Porro quamvis penitens valeat manifestare complicitem hoc sine, non inde inferitur, sacerdotem interrogare posse, aut inducere, quia licet non inducat ad rem illicitam, ipsa tamen inductio, & inquisitio sibi prohibita est, ut ex dictis constat. Et hæc omnia præter Lorcam docet Duual, in 2. 2. D. Thom. tract. de correct. quest. 9. art. 1. Vide etiam Lopez de Texeda in Theol. Mor. tom. 1. lib. 1. tract. 3. contr. 6.

RESOL. L.

An si penitens absque necessitate manifestauit complicitatem in confessione, teneatur Confessarius occultare tale peccatum sub sigillo confessionis? Et cur sissimè docetur omnia, qua occasione sui peccati explicandi penitens in confessione dicit, cadere sub sigillo, etiam si supersuè addita sint? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 110. aliis 111.

§. 1. AFFirmatiuam sententiam docet Malderus ^{Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. & in alto v. eius antior} tract. de sigillo, cap. 18. qui citat Suarez, Vasquez, Ledesnam, Bañez, Nugnum. Idem etiam docet Syluius in 3. part. quest. 11. art. 1. concl. 12. qui citat Sotum, Richardum, Syluestrum, Angelum, & est communis opinio, quam nouissimè etiam docet Faber de pan. in 4. sent. dist. 19. q. unica, disp. 34. cap. 2. num. 31. & cap. 4. num. 84. Pitigian. in 4. tom. 2. dist. 21. q. 2. art. 8. concl. 3. Villalobos in sum. ro. 1. tr. 9. diffie. 73. num. 1. sic allens. *El sigillo se eñtiende a todos los pecados confessados, y sus circunstancias, y a las cosas, que son necesarias para declarar los pecados, y assi si el penitente declaró el complice, ora porque era necesario para declarar el pecado, o por ignorancia (que es muy ordinario) todo esto cae debaxo de sigillo. Ita ille.*

2. His tamen non obstantibus negatiuam sententiam docet Io. de la Cruz in direct. conscient. p. 2. de sacram. Penit. q. 6. dub. 2. concl. 2. vbi sic ait: Si penitens absque necessitate manifestauit in confessione complicitem sui peccati, non tenetur Confessor complicitis peccatum occultare sub sigillo confessionis, sed ex solo secreto naturali. Nam tunc peccatum complicitis materialiter solam pertinet ad istam confessionem, & sicut est dictum in confessione, possit dici extra eam. & sic pro bono communi est manifestandum, sicut alia secreta naturalia, dum tamen non ex-



plicetur pœnitens. Ita ille. Sed tu tene primam sententiam, quia quæ necessaria sunt ad integritatem confessionis; vel quæ dicuntur quasi coniunctim ad declarationem proprii peccati, sunt materia sigilli. Secundò, quia ex reuelatione peccati complicit, sæpè numero potest agnoscì peccatum pœnitentis, vnum enim est alterius manifestatiuum. Tertio, alioquin confessio redderetur onerosa & odiosa.

3. Dices hoc verum esse, quando complex ex necessitate integritatis confessionis secundum opinionem multorum DD. manifestatur, non autem quando absque necessitate manifestatur, vt est in casu nostro. Respondeo, & dico hoc etiam procedere, non modò cum ad peccatum declarandum necessarium fuerit complicem in confessione exprimi, sed etiam cum fuerit vtile. Imò quoties ad eum finem pœnitens (etiam si in eo forte agat minus prudenter) id dixerit, quod est in confessione tolerandum, habita ratione communis modi consistendi hominum multa sæpè dicentium animo declarandi sua peccata, quæ non sunt ad id necessaria, imò interdum neque vtilia. Cum ergo simplices, & imprudentes animaduertendi non sunt à confessore, sicut nec alij, tacenda non sunt quæcumque ab eis dicuntur ad explicationem peccatorum suorum, vt possint securè, & sine timore reuelationis confiteri. Et hæc responsio desumpta est ex celebri doctrina, quam adducunt in terminis Reginaldus tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 39. Suarez tom. 4. disput. 3. sect. 3. num. 5. & Malderus tract. de sigillo, cap. 18. fol. mibi 170. vbi probant, omnia quæ occasione sui peccati explicandi, pœnitens in confessione dicit, cadere sub sigillo, etiam si superflue addita sint.

Sup. hæc omnis lege supra doctrinam Ref. 45. & Ref. eius not.

RESOL. LI.

An sit contra sigillum confessionis, etiam cum licentia pœnitentis reuelare peccata complicit absque complicit licentia?

Et breuiter notatur cadere sub sigillum quamcumque personam in confessione detectam, siue ad declarandam aliquam substantiam necessariam siue imprudenter eam nominando siue necessitate? Ex part. 5. v. 11. Ref. 24.

Sup. hoc sup. prope finem Ref. 48. verif. Deinde.

§. 1. **A**ffirmatiuum sententiam docet Gabriel Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 9. artic. 4. dub. 5. num. 5. quia sigillum confessionis est etiam in fauorem complicit; vnde certum est, & contrarium dicere esse falsum, Confessarium teneri seruare sigillum respectu complicit, quia manifestatio complicit pertinet ad explicationem peccati pœnitentis; & ita etiam hanc sententiam docet Kellisonius tom. 2. in 3. parte, quest. 11. artic. 1. dub. 2. vbi sic ait: Notandum Sacerdotem obligari hoc sigillo etiam in gratiam complicit, quia hoc sigillum concessum est in hunc finem, vt tota causa huius fori sub secreto contineatur, quare quando persona complicit pertinet ad explicationem peccati pœnitentis, tanquam circumstantia, non potest Sacerdos reuelare complicem, nisi veniam habeat non solum à pœnitente, verum etiam à complice, seu socio pœnitentis.

2. Non reticeam tamen negatiuum opinionem tenere Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 3. sect. 3. numero 7. Malderus tract. de sigillo, cap. 17. & Hurtado de Sacrament. disput. 12. difficult. 6. vbi sic ait: Obseruandum est non esse contra sigillum confessionis ex licentia expressa pœnitentis reuelare peccatum complicit absque complicit licentia, quia sigillum tantum obligat in fauorem pœnitentis, vt

confessio non fiat ipsi odiosa, nec ab ea retrahatur ex reuelatione autem complicit ex licentia pœnitentis facta, nulli alij adhuc complicit sit odiosa confessio, vt ab ea retrahatur: vnde si alius non fiat iniuria complicit, vt potest contingere, poterit eius peccatum ex licentia pœnitentis reuelari; & ita hanc sententiam docet etiam Io. Prapof. in 3. part. quest. 11. de sigillo, difficult. 6. num. 47. Dicendum est igitur, quòd sigillum proprie est in fauorem pœnitentis, & non nisi per quandam redundantiam in fauorem complicit, quatenus potest oriri ex fauore pœnitentis; ergo fauor pœnitentis aliud postularer, eo concedente licentiam non remanet obligatio sigilli respectu complicit: vnde patet responsio ad rationem Vasquez, cuius tamen opinionem probabilem esse puto.

3. Notandum est tamen hæc obiter cadere sub sigillum quamcumque personam in confessione detectam, siue ad declarandam aliquam circumstantiam necessariam, siue imprudenter eam nominando sine necessitate. Ita Reginaldus tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 41. & alij.

RESOL. LII.

Quid facere debeat Confessarius, si ex confessione unius complicit scit peccata alterius, & alter in confessione tacet? Ex part. 5. tractat. 11. Ref. 21.

§. 1. **H**enriquez lib. 3. de pœnit. cap. 20. num. 6. asserit posse ei in eo casu differre absolutionem per dies aliquot, & tandem teneri Confessarium eum absoluerè, quia post audita peccata acquirit pœnitens ius absolutionis.

2. Verum Toletus libro tertio capite 26. numero quarto, putat non solum posse, sed etiam debere Confessarium eum absoluerè, si postquam eum interrogauit in communi, an aliquid amplius habeat, quod conscientiam torqueat, responderet, se nihil habere, quia pœnitenti per se, & contra se credendum est, & non est maior ratio, cui alteri maior fides habeatur, quam isti. Vnde Fagundez præc. 2. lib. 6. cap. 4. num. 37. docet in tali casu non posse Confessarium differre absolutionem & ita ego prorsus teneo.

RESOL. LIII.

An Confessarius statim post finitam confessionem, & datam absolutionem possit loqui cum pœnitente absque licentia de errore, v. g. commisso in detecta confessione? Ex part. 5. tractat. 11. Refolut. 19.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Tannerus tom. 4. disputat. 6. quest. 9. dub. 6. num. 132. Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 2. numero 2. in fine. & Ioan. Prapof. in 3. part. quest. 11. de sigillo, dub. 5. num. 41. vbi sic ait: Aduerte similiter licere monere pœnitentem in eadem confessione etiam post absolutionem, quia morali iudicio id non censetur fieri extra idem forum, sed censetur pertinere ad actus complementum. Ita ille.

2. Non desinam tamen hæc adnotare contrariam sententiam mordicis tenere Stephanum Fagundez iningham Theologum Societatis IESV, pr. 2. lib. 6. cap. 4. numero 23. vbi ita asserit. Afferunt aliqui, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus, posse Confessarium

Confessarium loqui cum ipso penitente de confessione & errore corrigendo absque prædicta licentia, in quo profectò minus bene docet, tum quia scandalo fortè erit penitenti, tum quia est contra doctrinam quam tradunt Doctores, qui omnes absolute dicunt post finitam confessionem non licere Confessario loqui cum penitente de rebus confessis, nisi de licentia expressa penitentis. Sicut enim finita confessione, si statim peccatum aliud confitendum penitenti occurrat, tenetur Confessor illud audire, & novam dare absolutionem, propterea quòd est nova confessio, & novum sacramentum, quia per primam absolutionem finitum fuit prius sacramentum; sic etiam in nostro casu expiravit auctoritas Confessarii, quam solum habebat ad loquendum de rebus confessis intra ipsam confessionem, unde ea finita, requiritur licentia expressa ipsius penitentis, ut sæpe diximus: nam si post perfectam confessionem liceret Confessori loqui cum penitente de rebus in confessione auditis sine eius licentia, profectò id, per se loquendo, esset valde onerosum penitenti, & rubore suffunderetur vehementer, pudoreque afficeretur, quod sine dubio redundaret in injuriam Sacramenti, ergo &c.

RESOL. LIV.

Vtrum Confessarius in aliquo casu sine licentia penitentis possit loqui cum illo de peccatis auditis in confessione; videlicet Confessor commisit aliquem defectum in absolvendo penitentem, queritur, an possit illi manifestare extra confessionem, etiamsi penitens non dederit licentiam manifestandi?

Et notatur Sigillum confessionis non solum quotiescunque sine licentia penitentis Sacerdos extra confessionem agit cum penitente solum de peccatis commissis, & auditis in confessione, modo id tamen faciat studio promovendi penitentis salutem. Ex part. 2. tit. 1. §. 5. & Misc. 1. Ref. 12.

§. 1. Doctores communiter negativè respondent. Ita Reginaldus in praxi, tom. 1. lib. 8. cap. 3. sect. 2. num. 30. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 32. sect. 5. num. 3. Onuphrius de sigillo, sect. 4. q. 5. §. 2. sequitur secundo, qui citat Sotum, Toletum, Rodriguez, & novissimè docuit hanc sententiam noster Megalain 1. p. lib. 1. c. 16. n. 22. Grassius in decis. aur. p. 1. lib. 1. c. 24. n. 7. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 1. punct. 3. Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. n. 8. & Franc. Sylvius in suis aures commen. in 3. part. D. Thom. in addit. q. 1. art. 4. fol. 63. & q. 8. art. 5. quest. 4. concl. 2. vbi ait: Qui aliquem errorem in Confessione commisit, non debet penitenti simpliciter extra confessionem dicere, ne arguatur sigilli fractor, sed ei si præsens sit, dicat: Vellem quòd adhuc semel venires ad me pro confessione, quia habeo vnum verbum tibi vile. Si acquiescit, officium suum tunc adimpleat. Si verò nolit, penitentiam agat Confessor sui errati, non enim potest, nisi de prævio penitentis consensu, aliquid extra confessionem manifestare. Hæc ille.

2. At his non obstantibus, non desunt Doctores, qui contrariam opinionem amplectuntur, hi sunt ex Dominicana familia, Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 11. art. 1. fol. mibi 346. col. 2. circa med. & ex Societate Iesu Filliuc. in quest. mor. so. 1. tr. 7. c. 11. q. 5. n. 32. vbi sic asserit: Si Confessor defectum aliquem commisset in confessione, ex quo esset obligatio denuò cum penitente colloquendi, debet primò significare illi voluntatem suam, & si consentiat, iam id fa-

cit de licentia ipsius: quòd si non consentiat, potest tamen colloqui, quia verè non loquitur extra confessionem, sed complet eam, quæ iam erat inchoata, & imperfecta & penitens est irrationabiliter inuitus. Hæc ille. * Notandum est etiam Puteanum in 3. p. D. Th. p. 2. dub. ult. concl. 3. mosab. 2. docere sigillum confessionis non solum, quotiescunque sine licentia penitentis, Sacerdos extra confessionem agit cum penitente solo, de peccatis auditis in confessione, modò tamen id faciat studio promovendi penitentis salutem. Ita ille. Sed hæc opinio prorsus non est tenenda.

RESOL. LV.

An si penitens non vult dare licentiam Confessario, ut ei aperiat defectum commissum in confessione, possit illum aperire?

Et notatur, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem, occurrat error emendandus, non posse Confessarium loqui cum ipso penitente, de confessione, & errore corrigendo absque prædicta licentia penitentis? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 86. aliàs 87.

§. 1. Affirmativè respondent aliqui, ut nos alibi notauimus, & novissimè ita etiam tenet Turrianus de penitent. quest. 11. art. 1. disp. 3. dub. 6. vbi sic asserit: Deinde Suarez, & alij docent, quòd si Confessor commisit aliquem defectum in confessione, & iudicat esse necessarium admonere penitentem, potest facultatem petere ab ipso penitente, ut de ea re cum ipso tractet. Quòd si nolit eam concedere, poterit nihilominus Confessarius manifestare penitenti id, quod iudicat necessarium ad rectè exercendum munus Confessoris. Ita ille.

2. Sed mihi summpere displicet, viros doctos hæc docuisse, & ideo hanc sententiam rectè Fagundez p. 2. lib. 6. cap. 4. num. 33. improbabilem putat, quia ex illa daretur casus, in quo absque licentia penitentis expressa loqui possit Confessarius cum ipso penitente de rebus sibi confessis, quòd est absurdum, & omnes Doctores negant; & aliter facere, erit exprobrare penitenti peccata confessis, & exorsam reddere confessionem, & injuriam facere Sacramento. Unde in casu proposito, quando Confessor commisit aliquem errorem in confessione, quia, v. g. absoluit non subditum, vel excommunicatum, vel à casu reservato, vel non iniunxit obligationem restitutionis, non potest, loqui cum penitente de supradicto errore, sed petat licentiam ab illo, & si negat, culpa quæ fuerat Confessarii, eo ipso in penitentem transfertur, & Confessarius liber ab omni obligatione manet. Vide Sylviium in addit. ad 3. part. q. 8. art. 5. questur 8. concl. 2. & alios communiter.

3. Notandum est etiam ex supradictis contra Henriquez lib. 3. de peccat. cap. 2. num. 2. in fine, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus, non posse Confessarium loqui cum ipso penitente de confessione, & errore corrigendo, absque prædicta licentia: scandalum enim foret penitenti, tum quia est contra doctrinam communem Doctorum, dicentium absolute post finitam confessionem, non licere Confessario loqui cum penitente de rebus confessis, nisi de licentia expressa penitentis: & ita contra Henriquez docet Fagundez vbi supra, quæ omnia sunt valde à Confessariis notanda quia hic casus passim in praxi solet accidere.

* Sup. hoc notato infra in Ref. 56. prope finem, à vers. Unde ex his, & lege etiam doctrinam Ref. 58.

Alibi in Ref. præterita, & in Ref. seq. & vide supra ex tr. 7. doctrinam Ref. 44. & in Ref. 1. §. Sed hanc, ad medium, à v. notat autem,

Sup. hoc supra in Ref. 53. & in aliis vers. eius not.

RESOL. LVI.

An Confessarius, si aliquem defectum commisit in confessione, possit extra illam penitentem illum aperire, ipso renente?

Et an tamen in ipsa confessione, etiam non petita licentia à penitente, ex rationabili causa possit fieri mentio eorum, quae in aliis confessionibus dicta, & confessa fuerunt?

Et aduertitur, quod quamuis sit peccatum loqui cum penitente post confessionem de peccatis confessis, si hoc ipse agere ferat, quia tunc esset odiosum, tamen hoc non esset contra sigillum? Ex part. 5. tractat. 11. Resol. 18.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Turrianus de penit. disput. 33. dub. 6. Mercerus de Sacrament. in 3. part. quest. 111. artic. 3. Hurtado de Sacrament. disput. 12. de penitent. difficult. 11. vbi sic ait: Supponimus posse Confessarium loqui cum penitente (quamuis renente, imò & debere si commodè possit) quando commisit defectum in confessione, ex quo obligatur ad monendum illum, quia tunc non loquitur illi extra confessionem, sed in confessione, eam perficiendo, supplendo defectum illius. Ita ille, & Caelestinus in compend. Theolog. moral. tractat. 1. capit. 17. num. 2. & alij, à fortiori hanc sententiam docet etiam Meratius in D. Toomam, tom. 3. disp. 32. sect. 3. quest. 5.

2. Sed hanc opinionem (quam maximè doleo primum docuisse Suarez) alibi ego reprobaui, & quia scio à quodam Confessario in praxi positam fuisse cum magno scandalo & maxima bile penitentis, ideo iterum illam ego reprobo cum Granado in 3. part. de Sacrament. controu. 7. tractat. 11. disputat. 5. num. 1. Onuphrio opuscul. de sigillo, sect. 4. questio: e quinta. Prapposito in 3. part. questione 11. de sigillo, dub. 5. num. 41. vbi sic ait: Ex eo quòd non liceat sine licentia penitentis agere cum eo extra confessionem de rebus in confessione explicatis, Authores passim tradunt Confessarium, qui in suo munere errorem commisit, non posse cum penitente tractare extra confessionem absque eiusdem licentia, & proinde monent, vt eum prudenter alliciat ad rursus sibi confitendum, vel dicat se cupere loqui de re ad confessionem pertinente, & si possit absque scandalo, &c. impetrata licentia errorem aperiat; quòd si penitens eam concedere nolit, Suarez censet Confessarium nihilominus posse loqui, quia non censetur loqui extra confessionem, sed eam consummare; sed omnino verius est quòd dicunt alij, scilicet non posse, quia antè censetur suum ministerium absoluisse, neque potest penitentem inuitum secundò sibi subicere, id enim redderet hoc tribunal valde odiosum, & onerosum; vnde eo casu totum debet relinquere. Sic Prappositus, vbi supra, & ego: vnde meritò aduersus Nugnum inuehitur Malderus tractat. de sigillo, capit. 21. vbi sic ait: Quare non probo quòd Nugnus dicit, si Confessarius aliquid dicendum habeat penitenti quòd in confessione fortè ipse Confessarius debebat dicere, & neglexit, & rogatus à Confessario veniam neget penitens secum loquendi de confessis peccatis, posse contra penitentis voluntatem totum nihilominus dicere Confessorem, quòd fuerit necessarium. Ex hoc enim, inquit, nullum sequitur penitentis detrimentum, & hoc est necessarium ad Confessoris officium implendum, & non est in rigore loqui extra confessionem, sed potius est perficere confessionem. Hanc, inquam, opinionem non

probo, sed potius existimo sequendum quòd capite 17. diximus, etsi noluerit acquiescere penitens, prout ipsum debere acquiescere rectè dicit Socus de secreto memb. 3. questione quarta conclus. 5. dub. 4. rem totam esse silentio premendam, siuque tunc satis officio Confessarium esse perfunctum. Quòd enim dicitur penitentem non grauari aliquo detrimento si ei extra confessionem ista dicantur, verum non est, quia ius habet & libertatem, ne liceat ex confessione sibi nolenti quiddam extra suam confessionem extra confessionem de suis peccatis praeteribi. Quòd opponitur de Confessoris officio, tribunal eius cessat finita confessione, cessat voluntaria eius iurisdictione quando cessat voluntaria penitentis subiectio in tribunali illo diuino. Quòd denique dicitur hoc non esse loqui extra confessionem, sed eam perficere, verum non est; extra confessionem enim loquitur, quia iudicium fori interni, & subiectio actualis ad clauces, qua se subiecit confitens, iam cessat, neque confessionem perficit, sed afficit alterius naturæ alloquium. Hæc Malderus vbi supra, non nego tamen in ipsa confessione etiam non petita licentia à penitente ex rationabili causa fieri posse mentionem eorum, quae in aliis confessionibus dicta & confessa fuerunt. Vide Granadam vbi supra, Malderus capit. 22. Henriquez lib. 3. de penitent. cap. 22. num. 7. & Fagundez pr. 2. lib. 6. cap. 4. num. 33. vbi sententiam affirmatiuam, quam, vt diximus, Suarez primum docuit, improbabilem vocat, daretur enim ex illa casus, in quo absque licentia penitentis expressa loqui possit Confessarius cum ipso penitente de rebus sic confessis, quòd negant DD. communiter. Vnde ex his resclenda proterus est opinio Kellisonij tom. 3. in 3. part. q. 11. art. 1. distinct. 5. vbi tenet quòd quamuis sit peccatum loqui cum penitente post confessionem de peccatis confessis, si ipse hoc agere ferat, quia tunc esset odiosum, tamen hoc non esset contra sigillum, quia nulla est reuelatio; quòd etiam docet, sed non bene, Mercerus de Sacram. in 3. part. quest. 111. art. 3. Sed ex his oritur alia quaestio, videlicet:

RESOL. LVII.

An Confessarius in actu secundae confessionis possit refricare, & meminisse peccatorum in prioribus confessionibus à penitente detectorum?

Et an possit Confessarius videns penitentem penitentiam in confessione impositam non admittere, necnere illum, et promissa adimplere? Ex part. 5. tractat. 11. Resol. 20.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Ioan. Henriquez in compend. cas. mori. cap. 26. num. 4. vbi sic ait: Lícito es al Confessor dezir en la confessione al mismo penitente, lo que en otras confessiones le ha confessado el mismo, porque no ay diferencia de una confession à otra, respecto de una misma penitencia. Hæc ille. Et nouissimè Granado de Sacrament. in 3. part. controu. 7. tractat. 11. disput. 5. num. 1. & Henriquez lib. 3. de penitent. capit. 22. num. 7. Item etiam docet Malderus tractat. de sigillo, cap. 22. vbi sic ait: Potest Sacerdos vti scientia prioris confessionis, quatenus opus est ad directionem penitentis in praesenti confessione, & eo ipso quo ad confessionem accedit, satis ad hoc censetur confensusse, vult enim iuvari in statu animae suae, & res scitur fore secretissima propter sigillum. Sanè sicuti quando extra confessionem de peccato, quòd confessus est, confuit Confessarium, iam satis ei dat licentiam de eo loquendi, imò hoc ipsum requirit ab eo, ita si

De Sigillo Confessionis. Res. LVIII. &c. 443

militer, quando statum animæ suæ exponit, & de eo iudicari & tractari vult in secunda confessione, satis censetur de necessariis ad bonam confessionis directionem Confessario tractandi secum potestatem facere. Quod magis locum habet, quando peccata prioris confessionis sunt aliquo modo circumstantiæ peccatorum, in secunda confessione expressorum. Hæc omnia Malderus. Et tandem hanc sententiam approbat Præpositus in 3. part. questione vndecima de sigillo, dub. 5. num. 4. ita asserens; Praxis communis etiam Doctorum & timoratorum Confessorum satis declarat in foro penitentiae rationabili ex causa fieri posse mentionem eorum, quæ in priori confessione dicta sunt; nam Confessarij interdum negant absolutionem propter indispositionem penitentis, & carentiam propositi, quam ex precedentibus confessionibus aduertunt; ex quibus notant frequentem lapsum in idem peccatum.

2. Ex his sequitur à fortiori contra aliquos, quos tacito nomine citat Onuphr. opuscul. de sigillo, sectione quarta, questione quinta, non posse Confessarium videntem penitentem penitentiam in confessione impositam non adimplere, illum monere vt promissa adimpleat, & licet Onuphr. asserat tutius esse hoc non facere; ego puto absolute Confessarium hoc facientem frangere sigillum; nam ex illa monitione extra confessionem implicite & indirecè, refricere ei videtur peccata confessa, & ex tali admonitione redderet penitenti confessio onerosa & molesta: ergo, &c.

3. Verum ego absolute, his non obstantibus, exillimo cum Fagundez pr. 2. lib. 6. cap. 4. num. 36. non posse Confessarium loqui cum penitente in secunda confessione, nisi de illis tantum peccatis confessis in prima, quæ ipse penitens tangit, ac confitetur in secunda, non autem de omnibus, nisi de licentia expressa illius, quam poterit facile petere, si opus fuerit, quia aliàs crit virtualis exprobratio aliorum peccatorum, & fortè id ægrè ferent penitentes, & molestam reddent, exosamque confessionem; deinde oportet vt penitentes sint certi de fidelitate Confessorum in sigillo, & denique, quia prima confessio iam fuit perfecta & consummata, & in ea expiravit auctoritas Confessarij quoad peccata in illa confessa; oportet ergo habere nouam licentiam expressè confessa in non in confuso.

RESOL. LVIII.

Quidam Confessarius extra confessionem locutus est cum penitente de peccatis confessis, qui cum apud Episcopum accusauit; quaesuit tunc à me Antistes ille, an talis Confessarius tanquam fractor sigilli puniendus esset.

Et an Confessarius puniendus sit tanquam fractor sigilli, si asserat, v. g. audiuisset in confessione peccata publica fornicationum notissima meretricis; Ex part. 5. tr. 1. 1. Res. 6.

§. 1. **R**espondi in tali casu Confessarium fregisse sigillum. docuisse Sotum in 4. distinct. 18. quest. 4. art. 6. Victoriam in summ. num. 85. & alios; Sed negasse Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. dub. 10. Medinam C. de Confess. quest. de his, quæ à Confessario celanda sunt, & alios. Aliquibus tamen magis placuit opinio Hurtadi disput. 12. de Sacram. Penitent. diff. 11. vbi tenet dictam locutionem non esse contra sigillum strictè sumptum, quia non est apertio secreti strictè sumpti, cum fiat ipsi penitenti scienti peccata, de quibus Confessarius loquitur,

esse tamen contra sigillum latè sumptum, quia est contra obligationem nelli dicendi peccata in confessione tantum nota, quæ dici potest sigillum, seu obligatio seruandi secretum, id est, nulli dicendi. Vnde sequitur, vt ipsemet Hurtado obseruat, eum, qui sic peccat contra sigillum, non esse puniendum pœna imposita reuelantibus confessionem, quia tunc non reuelat confessionem reuelatione absolute & strictè sumpta, sed tantum latè sumpta, quæ non est punienda pœna imposita his, qui absolute & simpliciter dicuntur reuelare. Et ideo ex his præfatus Illustrissimus Antistes Sacerdotem illum non damnauit ad pœnam ordinariam iustitiam ex sacris Canonibus contra fractores sacri sigilli, sed puniendum duxit pœna extraordinaria; & ita in terminis hanc sententiam docet Granado in 3. part. de Sacrament. controu. 1. 1. tract. 1. 1. disp. 8. num. 3. Sed ego puto in dicto casu Confessarium frangere sigillum, & esse puniendum pœna ordinaria.

2. Notandum est etiam hic per ea, quæ superius dicta sunt, oriri aliud dubium, an Confessarius sit puniendus tanquam fractor sigilli, si asserat, v. gr. audiuisset in confessione peccata publica fornicationum notissima meretricis, & negativè responder Medina, C. de Confess. quest. de his, quæ à Confessario celanda sunt; quia tunc Confessarius ea affirmatione nec infamat penitentem, nec detegit peccatum illius, vt patet, sed tantum detegit actum confessionis, qui est penitenti laudabilis, quo confessio non sit odiosa.

3. Verum talem Confessarium frangere sigillum, docet Sotus in 4. distinct. 18. q. 4. art. 5. Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. dub. 5. & alij communiter. Aliis tamen placet sententia Hurtadi disput. 12. de penitent. diff. 7. existimantis dictam affirmationem non esse contra sigillum strictè sumptum, quia non est detectio peccati strictè sumpta, nec quoad substantiam, nec quoad maiorem certitudinem, esse tamen contra sigillum latè sumptum, quia est contra obligationem religionis, tacendi, & non dicendi peccata confessa, quod ex se sit displicens penitenti, quæ aliquo modo dici potest sigillum. Et ideo ex his inferunt dictum Confessarium non esse puniendum vt fractorem sigilli, sed pœna extraordinaria condemnandum.

Sup. hoc cū eodem Granado hic inf. citato in fine Res. sequent. sicut nec ille.

Quoad hoc lege sup. Res. 29. ad mediam, & res. Confessarius enim, & si placet, vide etiam §. eius annot.

RESOL. LIX.

Quæ pœna imponatur Confessario reuelanti sigillum confessionis?

Et notatur, quod neutra pœna depositionis videlicet, & perpetua reclusionis incurritur ipso facto ante iudicis sententiam.

Aliis verò personis distinctis à Confessario, quæ etiam sigillo confessionis teneri diximus, non sunt impositæ dictæ pœnæ.

Et notatur non infligi supra dictas pœnas ob quamcumque violationem sigilli, sed solum ob reuelationem peccati; unde si solum reuelaret, aliquod ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurrit illas pœnas; sicut nec ille, qui cum penitente loquitur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia.

Et cur sim additur depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam eniuseumque muneris Sacerdotalis. Ex part. 5. tr. 1. 1. Resolut. 5. 1.

§. 1. **R**espondetur in cap. si Sacerdos, de penit. distinct. 6. duas pœnas imponi; primam depositionis à iudice imponendam; secundam vt co-

Sup. hoc in tom 5. tr. 10. Res. 80.

gatur iste Sacerdos perpetuo ignominiosè peregrinari. In cap. autem *omnis viri que sexus, de penit. & remissionibus*, confirmatur eadem depositionis pena, & additur vt perpetuo detradatur in Monasterium, vnde antiquum illud ius cap. *Sacerdos*, de perpetua peregrinatione per hoc ius nouius cap. *omnis viri que sexus*, sublatum est, & illa pena est in perpetuam reclusionem immutata.

2. Nota tamen quòd neutra pœna, depositionis videlicet & perpetua reclusionis, incurritur ipso facto ante sententiam iudicis, quia ex nullo fundamento constat aliquam ex eis ipso facto incurri. Aliis verò personis distinctis à Confessario, quas etiam sigillo confessionis teneri diximus, non sunt imposita dicta pœnae, vt ex dictis iuribus constat, nec eis sunt puniendi, sed mitioribus, quia in fractione sigilli non ita grauiter peccant, ac Confessarius, quamuis multo grauioribus, quam si solum frangerent secretum naturae iustitiae; & hæc omnia docet Ochagauia de *Sacrament. tract. 3. de sigillo quest. 9. num. 11.* Hurtado de *Sacr. disp. 12. de penit. diffie. 14.* Suarez in *3. part. tom. 4. disputat. 33. sect. 8.* Coninch de *Sacrament. disputat. 9. num. 70.* Praepositus in *3. part. q. 11. de sigillo, dub. 4. num. 39.* & Onuphii episc. de *sigillo, sect. 5. q. 2.*

3. Notat tamen Granado in *3. part. de Sacrament. contron. 7. tract. 1. 1. disput. 8. num. 3.* non infligi supra dictas pœnas ob quamcumque violationem sigilli, sed solum ob reuelationem peccati, de hac enim tantum agitur in iure, quia illa est præcipua materia sigilli; vnde qui solum reuelaret aliquod ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurret illas pœnas, sicut nec ille, qui cum penitente loqueretur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia. Ita Granado, qui etiam addit depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cuiuscumque muneris sacerdotalis.

Sup. hoc est
Hurt in Ref.
præterito
cursum ad
medium §. 1.
verf. Vade.

RESOL. LX.

Quomodo potest constare de hoc delicto? Ex part. 5. tractat. 11. Ref. 52.

§. 1. **R**espondeo in primis per Confessoris dictum posse constare, alioqui alius coniecturis vtendum, & interdum sufficientes plures testes, quamuis non sint contestes, propter naturam delicti, circa quod vix possunt plures testes contestes, & eiusdem actus inueniri. Quòd si Confessor dicat se habuisse licentiam à penitente ad reuelandum peccatum, & penitens id negat, vt bene notauit Bernardus Diaz in *practica, cap. 109.* in hoc negotio non potest dari certa regula; sed ex qualitate peccati, & istdem circumstantiis personarum, & publicatione delicti præsumptio est sumenda; & ita docet Ochagauia de *Sacrament. tract. 3. de sigillo, quest. 9. num. 12.* Hinc Onuph. *opusc. de sigillo, sect. 5. quaestione tertia*, sic ait: Vnde in hoc negotio vt rem totam perstringam, illud concludendum videtur, si id, quod opponitur Confessario, vel à penitente, vel à tertia persona non constat, & Confessarius de eo aut non sit conuictus, aut non sit confessus, tunc ex diuersis accidentibus, tum respectu Confessarij, tum respectu penitentis, vel etiam tertiæ personæ, si hæc sit accusatrix, totam rem esse à iudice definiendam, ac concludendam, neque enim in hoc videtur certa aliqua regula tradi posse, sequitur nullo modo probari, quod asserit Vivaldus de *sigillo confess. num. 39.* Confessarium asserentem se non reuelasse confessionem, adducendum esse ad id, vt iuret,

Quoad hoc
sup. Ref. 31 §
vlt. ad mediū
lege eius do
ctrinam, & si
placet etiam
alterius §.
eius not.

& tunc illi credendum esse; nam, vt diximus, nunquam videtur redigendus in eas angustias; sed potius ex aliis accidentibus iudicandum esse, an simpliciter sit illi credendum. Imò, cæteris paribus, nullo etiam adhibito iuramento, semper præsumendum esse pro Confessario, vt illius simplici dicto sit standum, nisi aliud obstat. Ita ille, quem iudices Ecclesiastici in casu contingenti ne desistant videre, etiam recognoscant Fagundez *pr. 2. lib. 6. c. 7. n. 10.*

RESOL. LXI.

An Confessarius teneatur dare schedulam peccati, quem non absoluit? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 12.

§. 1. **H**ic quæstioni respondent multi, & præsertim doctores opinionem esse penes Confessarium dandi, vel non dandi, pro vt maluerit, tum quia non tenetur Confessarius cooperari occultationi peccati, sed qui sponte peccat, sibi prouident de remedio occultationis Parochus enim & quilibet alius Confessarius, qui negat schedulam, vitur iure suo negando illam indignis, ex alia verò parte, quia ex genere suo videtur peccatum mortale contra charitatem proximi prodere eius crimem occultum, & non occultare, quando id facile fieri, & sine detrimento potest proprio aut proximorum, & quia periclitatur sigilli in confessionis in hoc casu, vt consideranti patebit: si enim in prædictis circumstantiis Confessarius negat schedulas, clarum manet ex sola præcisa notitia confessionis, & ex negatione schedulae posse huiusmodi penitentes venire in suspensionem apud alios, status actualis peccati mortalis, illiam apud matrem, sodales apud sodales suos, & idè propter hæc rationes pro vtraque parte factas respondet Henricus *lib. 3. de penitent. cap. 2. num. 4.* opinionem esse penes Confessarium vt partem eligeret, quam maluerit, & ait ibi ad marginem *litter. M.* ita affirmasse Doctores omnes Salmantice hæc de re consultos.

2. Sed contrariam sententiam docet Coninch de *Sacram. disput. 9. dub. 1. num. 14.* vbi sic ait: Quando aliqui studiosi, aut famuli alicuius Principis tenentur ferre testimonium suæ confessionis, Confessarius debet hoc dare etiam iis, quos non absoluit, ne testimonium hoc negando, aliquo modo prodatur sigillum, & peccatorum, nec dando illud mentitur, quia tantum testatur eos esse confessos, quod verum est. Ita ille. Et post illum Fagundez *præcept. 1. lib. 6. capit. 4. num. 4.* & Moscolo in *summa, tractat. 7. capit. 15. num. 3.* Vnde non est audiendus Bonacina de *Sacrament. disput. 1. quest. 6. punct. 4.* negantem Confessarium non teneri dare schedulam penitenti, quæ non absoluit.

RESOL. LXII.

An Confessarius sine fractione sigilli possit manifestare penitentiam, quam imposuit penitenti?
Et quid, si Confessarius dixisset Coronam B. Virgini imposuisse pro penitentia suo cuidam penitenti?
Et quid, si penitentia esset vnum Miserere, quinque Pater noster, &c?
Et aduertitur non bene fecisse quemdam Confessarium: qui cum cuida ob gram peccata, sed ignorata inuixisset in confessione longo tempore publice audire solent Sacrificiū sexis genibus, &c. Ex p. 5. tr. 11. Ref. 31.

§. 1. **R**espondeo non posse Confessarium dicere in particulari quam penitentiam imposuit,

Ref. si illa fuerit signum culpa mortalis certa, aut dubia, aut peccatorum venialium specialium quoad numerum, vel speciem, secus si fuerit ita leuis, vt ex illa colligi nequeat, nisi tantum, quod certum & commune est, scilicet poenitentem confessum fuisse venialia. Et ita docet Granado in 2.2. controu. 7. tractat. 11. disputat. 6. num. 5. Vnde ego olim dixi fragille sigillum quemdam Confessarium, qui dixit Coronam B. Virginis imposuisse pro poenitentia cuidam suo poenitenti: nam talis poenitentia non solet imponi pro peccatis venialibus, secus autem si poenitentia esset vnum *Miserere*, quinque *Pater*, &c. & ideo optime Malderus tractat. de sigillo, capit. 1.2. dixit non bene fecisse quemdam Confessarium, qui cum cuidam ob graui peccata, sed ignota, iniunxisset in confessione longo tempore publicè audire solemne Sacrum flexis genibus, indicauit eis, qui hoc obiterunt, à se id profectum esse.

RESOL. LXIII.

An Confessarius, qui asseruit imposuisse Titio pro poenitentia vnum *Miserere*, vel quinque *Pater* noster, fregerit sigillum confessionis?
Et quid, si discret imposuisse Rosarium B. Virginis pro poenitentia?
Et an Confessarius debeat negare poenitentem schedulam confessionis petenti, si ex aliqua causa eum non absoluit: Ex part. 1.1. tr. 5. & Milc. 5. Ref. 14.

§. 1. Nominatim contra me affirmatiuam sententiam docet Dicastrillus de Sacramentis, tom. 2. tractat. 8. disputat. 1.2. dub. 7. num. 1.2.2. vbi sic ait: Querens an sit contra sigillum, manifestari à Confessario poenitentiam, quam imposuit poenitenti? Respondetur communiter sub distinctione, aut conditione, nempe esse contra sigillum, si poenitentia talis sit, vt indicet, aut suspicandi aniam præbeat quod poenitens confessus fuerit mortalia, quando scilicet poenitentia excedit illam, quæ solet imponi pro venialibus, secus si non excedat. Cardinalis Lugo adhibet exemplum, verbi gratia, semel dicere orationem Dominicam, & Anglicam, vel vnum Psalmum mediocrem, pro sententia refert Henriquez, & Nauarum, & recentiores quos non nominat. Et videtur inquit, probabile, quia sicut non est contra sigillum dicere quod confessus est venialia, sic neque erit dicere quod accepit poenitentiam solitam imponi pro venialibus. Limitat hoc Lugo, nisi poenitentia illa indicet qualitatem peccati, vt si poenitentia fuit oratio leuis pro socio, quem leui aculeato verbo pupugisset, quæ notitia posset præbere occasionem suspicandi tale peccatum. Totum facile admitto, sed in leuis poenitentia exemplis etiam pro venialibus, video discrepantia iudicia. Diana tractat. illo 11. 5. part. resolut. 31. cum retulisset Granadum, & Malderum, & in prædictam doctrinam consensisset, meritòque reprobasset, eum, qui dixerat, suo poenitenti, quem designauerat, imposuisse pro poenitentia Rosarium B. Virginis, (neque enim hæc poenitentia iniungi solet pro venialibus) subiungit, secus si poenitentia esset vnum *Miserere*, quinque *Pater*, &c. ego tamen intra latitudinem poenitentia venialium, etiam quæ non indicet speciem, aut etiam genus peccati, non facile id admitterim, præsertim hæc posteriora exempla. Hucusque Dicastrillus.

2. Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam me citato adfert, & sequitur doctus, & amicissimus Pater Auersa de Sacramento poenitent. quæstione 18. sectione quarta, vbi ita asserit: Non

debet Confessarius dicere quam satisfactionem imposuit poenitenti, quando est aliquantum gratis, quæ proinde posset indicare mortalia, vel multa, aut grauiuscula venialia poenitentis; licet non frangeret sigillum, si diceret poenitentiam impostam aded leuem, quæ solum denotaret confessionem aliquam venialium, sicut nec dicendo in genere, illum confessum fuisse venialia. Exempla asserit Diana p. 5. tract. 1.1. resolut. 31. peccasse contra sigillum Sacerdotem qui dixit se imposuisse cuidam Coronam B. Virginis, non autem dicendo se imposuisse vnum *Miserere*, aut quinque *Pater* noster. Ita Auersa. Et ita etiam docet me citato P. Hermanus Busembaum Societatis Iesv in Medul. Theolog. moral. lib. 6. tract. 4. capit. 2. dub. 1. num. 5. & ex eadem Societate, me etiam citato doctus P. Thom. Tambur. opuscul. de confess. lib. 5. cap. 3. §. 1. num. 1. in fine, vbi sic ait: Huc reducitur, si confessor reuelat poenitentiam poenitenti impostam, vel publicè peragendam imponat, sed grauem, id est, quæ consuevit iniungi pro mortali, qualis nunc esset (ait Diana part. 5. tractat. 1.1. resolut. 31.) Corona B. Virginis, non verò vnicum *Miserere*, quia hoc loquendi modo præbetur, vt dictum est, occasio graue quidpiam aduersus poenitentem suspicandi. Ita ille. Et tandem etiam me citato hanc sententiam sequitur Gesualdus in Theol. moral. tom. 1. tractat. 25. cap. 3. num. 1.2. sic asserens; Dico, non posse confessarium manifestare aliis poenitentiam iniunctam poenitenti in confessione, quando poenitentia esset alicuius momenti, vt Corona, Rosarium, &c. quæ imponi solet pro aliquibus peccatis aliquantum grauibus, secus autem si poenitentia fuisset leuissima, quæ imponi solet quotidie pro peccatis quotidianis venialibus, vt Psalm. *Miserere*, vel quid simile. Vide etiam me citato Leandrum de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 10. q. 4.5.

3. Non igitur est audiendus P. Dicastrillus, nam poenitentia vnius *Miserere*, vel quinque *Pater*, supponit tantum peccata venialia in genere, nec vllum in particulari designat: ergo negandum est eius manifestationem frangere sigillum nam potest confessor reuelare peccata venialia alicuius in genere dumtaxat, quia qui confitetur manifestè, ostendit se habere saltem peccata venialia, vt & melius probat Leander de Sacrament. 10. 1. tract. 5. disp. 10. quæst. 10. & Lessius in 3. part. D. Thom. quæst. 11. de sigillo confess. art. 2. n. 88. & Præpositus in 3. part. q. 1. de sigillo dub. 3. n. 26.

4. Sed quia hic Sermo incidit de sigillo confessionis; Quæro, primò an Confessarius debeat negare poenitenti schedulam confessionis petenti, si ex aliqua iusta causa illum non absoluit? Et nominatim contra me respondet Dicastrillus affirmatiuè, vt supra dub. 7. num. 1.19. vbi sic ait: Iam verò de petente schedulam confessionis, Coninch supra num. 14. putat Confessarium teneri Schedulam, & attestationem confessionis præbere ei, qui ob defectum dispositionis, vel aliam causam non absoluitur, verbi gratia, si audiuit famulos alicuius Principis, qui factæ confessionis solet testimonium inquirere; Probat, quia alioquin proderet peccatum, & indispositionem poenitentis, nec ideo Confessarius mentietur, verè enim dicit illum fuisse confessum; Cum Coninch sentiant Fagundez, & Moscosus, quos refert, & sequitur Diana tract. 1.1. 5. part. resolut. 21. & ait non esse audiendum Bonacinam negantem teneri dare schedulam.

5. Mihi tamen magis probatur sententia Bonacinæ, quem & audit, & refert, & sequitur Lugonumer. 87. nempe negandam esse Schedam. Neque enim tunc Confessarius ex se reuelat directè, vel indirectè peccata, sed tantum non vult affirmare, vel dare Schedam

Vt in annoe præterita.

Quæ hic est prima post præteritam.

CONFESSIO

Schedam confessionis non ritè facta, alioquin pateret via, vt multi nequam sic venirent ad confessionem indispositi ad decipiendos dominos, imò etiam Parochos testimonio Confessarij. Talis autem peccator sibi debet imputare, quod inde reuertet. Huc vsque Dicastrillos; cui adde etiam nominarim contra me Leandrum *de Sacrament. tom. 1. v. 5. disp. 10. n. 80.*

6. Sed ego iterum adhæreo contra Dicastrillum, & Bonacinam opinioni P. Coninch, dico igitur, quod confitentibus, tamen ob indispositionem absoluti non sint, Confessarius testimonium dare debet factæ confessionis. Nam Confessarius violat sigillum confessionis, si directè, vel indirectè significet, se penitentem suum ob indispositionem non absoluisse. Hoc autem Confessarius significat, si alius dans huiusmodi Schedulam, neget illi propter indispositionem, confirmatur ex eo, quod huic homini publicè petenti Sacram Eucharistiam, perinde, ac alius danda est, ad infamiam eius vitandam. Ergo ob eandem causam perinde, ac alius Schedulam testimonij dare debet. Neque tunc Confessarius mentitur, cum sit ipsi confessus, licet non absolutus.

7. Et ita hanc sententiam præter Doctores à me alibi adductos, tuetur Pater Tamburinus *opuscul. de confess. lib. 5. cap. 3. §. 9. num. 16.* sic asserens. Hinc collige, quando famuli, vel scholares debent superioribus testimonium suæ confessionis asserere, debere Confessarium illud dare (intellige iis, qui confessionem saltem inchoarunt, licet propter aliquid absolutionis beneficio caruerint:) Ratio est, quia si non darent, proderent indispositionem eorum, quam ex inchoata confessione cognouerunt; nec dando mœtuntur, quia iam illi initium fecerunt confessionis. Ita ille. Et ex eadem Societate Amicus in *curf. Theolog. tom. 3. disput. 14. sect. 1. artic. 9.* & Layman, in *Theolog. moral. lib. 5. tractat. 6. capit. 14. num. 8.* rectè Itaque Iacobus Marchant, in *resolut. pastor. tractat. quinto, post capit. 4. in appendice de sigillo casu 3.* sic ait: Si Confessarius audierit confessionem, & confitentem non absoluerit ob indispositionem, & indignitatem non solum non potest dicere; ego eum non absolui, sed etiam putant multi eum teneri dare Schedulam testem confessionis, si hoc urgeat penitens. Sic contingere potest quando vel discipuli suis magistris, vel famuli suis heris, vel Religiosi suis Superioribus tenentur referre testimonium suæ confessionis. Negando enim posset aliquo modo prodere sigillum, & peccatorem, dando autem non mentitur, quia tantum testatur esse confessos, quod verum est. Et si quidem coram aliis confessus est, & coram ipsis petit testimonium, certum est nullatenus posse ei negari, quia ingeneraretur suspicio, quod non fuisset absolutus.

8. Sed circa præsentem difficultatem media via incedit Pater Auerfa *de Sacrament. Penitent. questione decima-octava, sect. secunda,* & sic distinguit; Aut nescitur penitentem ad talem certum Confessarium accessisse, vt contingit in ciuitatibus, & Ecclesijs, in quibus est copia Confessariorum: E tunc potest Confessarius tuto negare Schedulam penitentem quem non absoluit, absque vilo reuelationis periculo: quia si ipsemet penitens dicat se accessisse ad illum Confessarium, & ab eo fuisse sibi negatam Schedulam, ipse se prodet. Debet etiam Confessarius negare, nec poterit licitè concedere, quando videt penitentem velle ea abuti ad decipiendum superiorem, & eludendum præceptum. Poterit tamen concedere, secluto hoc periculo, nec mentietur dicendo se audisse confessionem, non nominando absolutionem.

9. Aut scitur penitentem ad hunc Confessarium accessisse, vt quando Parochus dedit suo subdito licentiam ad alterum, qui solus est in ea villa, vel quando penitens alijs videntibus accedit ad talem Confessarium: Et tunc per se videtur Confessarium posse, ac debere concedere Schedulam, quia aliqui reuelaretur confessio, seu defectus in confessione detectus. Etiam si, inquam, peccator esset abusus Shedula ad decipiendum superiorem, & persistendum in peccato, quia Confessarius non propriè concurreret ad hanc fraudem, sed illam permitteret, ne reuelat ipse confessionem, sicut alijs plurimis modis contingit. Deberet tamen in Schedula dicere tantum se audisse confessionem: quod verum est, & ita in hoc non mentietur: non autem dicere se absoluisse. Taliq;ue Schedula debent contenti esse quicumque Superiores, & penitentem admittere, tanquam ritè confessum, & absolutum. Et non expedit, nec tolerandum esset, vt exigeretur etiam expressè testimonium de absolutione. Hæc omnia Auerfa, *vbi supra.* Verum Henriquez *lib. 6. cap. 12. num. 4.* circa casum propositum putat Confessarium posse talem schedulam ad arbitrium penitentis, vel concedere, aut negare sed potius expedire concedere; Lugus *disputat. 23. sect. 4. num. 87.* Similiter ait posse negare absque fractione sigilli, & posse concedere absque culpa mendacij, sed debere cauere à periculo scandali, ne schedulam det peccatori publico non emendato, aut etiam occulto sic volenti Superioriorem decipere.

10. Sed ego absolute affirmatiuam sententiam teneo contra Dicastrillum, quam præter Doctores superius citatos, inuenio post hæc scripta docere etiam Martinum de San Ioseph in *Adon. confess. vno primo, lib. 1. tractat. 22. de penitent. num. 4.* vbi sic ait: *Luzgo por mucho mas probable la opinion de Egidio, de Sacrament. disputacione nona, dnb. num. 14.* Fagundez præcepit, *secundo lib. quinto, capit. 4. numero quarto.* Moscolo in *summa, tractat. 7. capit. 15. numero tertio.* Diana quinta parte, *tractat. 11. resolut. 22. que afirman que tiene obligacion el confessor à dar cedula de confession al que no absoluo, por el peligro de reuelar el sigillo, y que no miente en dar la cedula, porque no se dice mas en ella de que Fulano se confesó, y esto es verdad, pues se confesó, aunque no le absoluiere, demas de que apronecha esso al penitente para cubrir sus pecados; y à nadie daña: Et concedendum est facile, id quod nemini nocet, & petenti prodest. *leg. rescriptum, Cod. de precibus.* Ita Martinus.*

RESOL. LXIV.

An penitens teneatur penitentiam impostam à Confessario non manifestare sub sigillo? Et quid, si ex reuelatione huiusmodi redundaret aliquid mala fame, aut aliqua minus eximiam dignum in Confessore, aut aliquem alium? Et part. 5. tr. 1. Ref. 8.

§. 1. Affirmatiuè respondet Adrian, *quest. vlt. de confess. dnb. vlt. Paludan. in 4. disputat. 21. questione tertia, num. 61.* & Nauarvus in *cap. Sacrament. de penitent. distinct. 6. num. 115.* Sed ex contrarium tene. Dico igitur, si quis penitens reuelaret penitentiam sibi à Confessario iniunctam, non facere contra sigillum, sed solum contra naturalem secretum; quod tamen verum est, si ex reuelatione huiusmodi redundaret aliquid mala fame, aut aliquid minus ætimatione dignum in Confessore, aut aliquem

Alibi in Ref. not. præteriti.

aliquem alium; nam si nihil tale redundaret, sed forte penitens dixerit penitentiam sibi à Confessore iniunctam, quia intelligebat se nimis ex illa oneratum, unde alium consuluerit, ut possit illa exonerari, tunc penitens non teneretur aliquo secreto Ita Suarez in 3. part. tom. 4. disputat 33. sessione quarta, num. 2. Richardus in 4. distinct. 21. artic. 5. quest. 3. Sot. de regen. secr. membr. 3. quest. 4. conclus. 4. vide etiam Tannerum tom. 4. disputat. 6. quest. 9. dub. 6. num. 135. ubi firmat quod et si penitens non obligetur sub confessionis sigillo ad occultanda ea, quæ à Confessario imprudenter facta, vel dicta sunt, quia tota sigilli ratio fauorem confessionis ac penitentis spectat, peccat tamen nihilominus mortaliter, si prodatur ea, ex quibus Confessarii fama, vel honor notabiliter læditur, nisi forsan seruat debito charitatis, vel iuris ordine id priuatum, vel publicum bonum exigat, ut quando vel à Confessario sollicitatur ad peccatum, vel nimis ab eo grauatur, aut quippiam ab eo in detrimentum boni communi cessurum intellexit.

RESOL. XLV.

An Confessarius possit peccatum in confessione auditum reuelare, quando ipse nequit aliter peccatum suum manifestare, licet ex eo veniatur in cognitionem penitentis? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 9.

§. 1. **A**firmatiuum sententiam tenet Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. artic. 5. Sà ver. Confessor. Gabriel in 4. distinct. 21. quest. 1. artic. 3. dub. 1. & alij, afferentes licitum esse Sacerdoti, ut integrè confiteatur si aliter se explicare non possit, reuelare circumstantiam peccati sibi confessi, licet ex ea deueniatur in cognitionem penitentis, maxime si Sacerdos sit admodum scrupulosus, & in articulo mortis constitutus, & in hoc casu, præsertim teste Henriquez lib. 3. de pen. cap. 20. num. 5. in gloss. lit. O. mordicus in actu publico Salmanticae sustinuit hanc sententiam Dominicus Sotus

2. Sed aduersus Sotum prorsus in nullo casu hanc sententiam sustinendam esse puto, & ideo negatiuam merito sustinent DD. quos citat Fagundez p. 2. lib. 6. cap. 1. num. 10. quibus ego addo Turrianum de penit. disp. 3. dub. 3. Hurtadum de Sacram. disp. 1. 2. difficult. 5. Malderum tract. de sigillo, cap. 17. Reginaldum tom. 3. lib. 3. capit. 2. num. 20. Kellifonium tom. 2. in 3. part. quest. 1. artic. 1. dub. 1. Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 9. 3. artic. 4. dub. 4. Præpositum in 3. part. quest. 1. 1. de sigillo, dub. 3. num. 28. & Ochagavia de Sacram. tom. 3. de sigillo, quest. num. 2. quia maiorem obligationem inducit seruire secretum illud, quod propter nullam causam est violandum, quam seruire, integritatem confessionis quæ pro defendenda vita & honore, & propter alias causas potest non seruari. Nam licet integritas confessionis formalis sit de essentia confessionis quæ in hoc consistit, quod confiteatur quis omnia peccata, quæ non habet rationabilem causam silentij, integritas, tamen materialis, quæ in hoc sita est, ut omnia peccata commissa confiteatur quis, non est de essentia confessionis.

3. Dicendum est igitur quod maioris momenti est obseruatio sigilli confessionis, & in maiorem reuerentiam iudicij confessionis cedit, quam integritas confessionis, & ideo confessio dimidiari, seu mutari potest ob graue aliquod damnum, & ob nullum potest mutari sigillum confessionis, quia institutio integritatis cedit bono penitentis, ne ipsi confessio sit odiosa, sigillum verò nullius bono cedit. Vide

patet responsio ad argumenta Soti; & ideo ex his obseruat nouissimè doctus Ioan. Henriquez in compend. cas. mor. cap. 46. num. 9. [Que si un Confessor estando confessando un hombre, conetio algun peccado en la confession (como si le absoluiesse, no pudiendole absolver) y se vnieste de confessar luego, el Confessor deste peccado de lo qual es fuerza que se siga auer de venir, el Confessor con quien se confessa en conocimiento del hombre a quien absoluo el Confessor, no pudiendolo absolver, esta obligado en este caso a buscar Confessor que no pueda venir en conocimiento del penitente; y si esto no es posible, dene confessar todos lo demas peccados que tuuere, y callar aquel peccado de auer absuelto al penitente, no pudiendolo absolver: y la razon es, porque quando concurren dos preceptos incompatibles que no se pueden guardar ambos, cessa la obligacion del menor, y ay obligacion de guardar el mayor; y siendo mayor el precepto de guardar el secreto de confession, que el precepto de confessar todos los peccados mortales, por esso cessa la obligacion de este, y queda la obligacion del otro.

RESOL. LXVI.

Quomodo se gerere debeat Confessarius, quando interrogatur sub iuramento, an in confessione audierit peccatum aliquod?

Et aliqua aduertuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu, vel similibus aliis.

Et tandem datur doctrina Confessario quid, & quomodo respondere debeat, si Sacrista, vel Minister Missæ à Confessario querat, an apponenda sit particula pro communionem Petri, quod respondeat Confessarius, ut hoc ab ipso penitente queratur. Ex part. 5. tractat. 1. 1. Resol. 43.

§. 1. **D**ocent Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 5. & Paludanus dist. 21. quest. 3. Confessarium tunc non posse negare, quia mentitur, quod nunquam licet; & cum id non possit affirmare, dicunt coniunctissimum esse illi obiurgare interrogantem, quamuis iudicem, quia id interrogat.

2. Sed hæc opinio mihi non placet. Dico igitur, quod Confessarius de peccato in confessione cognito interrogatus, negare neque etiam iurare potest, se nihil scire, nec penitentem, se tale crimen esse confessum, subintelligendo notitiam humanam, vel ut dicam tibi, imò ego puto ad hoc teneri, quando ex silentio, vel ex alia responsione generetur suspitio, quod penitens peccatum illud commiserit. Et ratio est, quia, ut alibi diximus, æquiuocationes ex iusta causa sunt licitæ, nec teneri respondentem extra casum professionis fidei respondere ad mentem iniquè interrogantis. Cum igitur in casu nostro ex vna parte Confessarius potest salua veritate negare, addendo mentaliter supradictas restrictiones, & ex altera parte est iusta, & rationabilis causa ad sic negandum, quamuis interrogans ea negatione decipiat, cum illicite interroget: ergo Confessarius potest licite negare modo, quo supra; & ita hanc sententiam tenent Tannerus tom. 4. disp. 6. quest. 9. dub. 6. n. 123. Hurtadus de Sacrament. disp. 1. 2. de penitent. diff. 13. Valquez in 3. part. to. 4. quest. 9. 3. artic. 4. dub. 12. Coninch de Sacram. disp. 6. dub. 11. n. 21. Henr. lib. 6. c. 19. nu. 7. Ochagavia de Sacram. tract. 3. de sigillo Confess. quest. 9. num. 5. & alij: Unde ex his reicienda est opinio Altisiodorensis lib. 4. summe tract. 6. c. 3. quest. 7. Gabr. in 4. distinct. 21. quest. 1. art. 3. dub. 1. cas. 3. afferentium, Confessarium posse reuelare confessionem, ne sit periuurus.

Alibi in Ref. prima notat. præterita, & in multis aliis eius annotationum.

3. Non desinam tamen hic pro Confessariis adnotare cum Granado *de Sacrament. in tertia parte, contrones. septima, tractat. undecimo, disputatione sexta, numero quarto*, quod si peccatum sit tale, ut si Confessarius neget illud sibi fuisse confessum, deatur occasio saltem rudi populo existimandi penitentem male confessum fuisse; non debet Confessarius respondere negando, sed his, vel similibus verbis: Peccata sua confessus est, & ego illum absolui, vel functus sum officio meo, verbi gratia, si meretrix, vel alia persona vitæ perditæ, quam constat hactenus non fuisse alteri confessam, accedat ad Petrum Sacerdotem, illique confiteatur, postea verò quispiam imprudens accedat & interroget: Nunquid mulier hæc confessæ est tibi meretriciam suam vitam; non poterit respondere Sacerdos non fuisse confessam eiusmodi peccata, quia inde saltem rudes inferre possent eam male fuisse confessam: sed reprehendat interrogantem, & inducentem ad sacrilegium. Si verò quidpiam aliud dicturus sit, respondeat etiam ipsam aperuisse peccata sua, & ipsum functum fuisse officio suo Confessarij. Et si quærat Sacerdos, vel Minister Missæ à Confessario, an apponenda sit particula, *ut consecratur pro communione Petri*, respondeat Confessarius, ut ab ipso penitente quærat, sic enim notat Granado & Henriquez *lib. 6. c. 2. num. 4. in glossa lit. X.*

In indice primo huius Tom. 1. Vide in fine huius tract. 8. alias paucissimas disse misas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 8. de Sigillo Confessionis.

RESOL. LXVII.

An secretum tanquam in confessione detectum obliget, ac si fuisse dictum in confessione? Ex part. 5. tract. 1. 1. Resol. 54.

§. 1. **C**Asus passim accidit, & noster bonus & doctus Ienex Pater Naldus ad illum respondet *in summa ver. Revelare, num. 5.* Revelari non potest quod sibi dictum fuit tanquam res dicta in confessione quamvis enim non cadat sub sigillo confessionis Sacramentalis, perinde tamen arctat ad celandum illud, ac si dictum fuisset in confessione. Ita ille.

2. Sed in spece nominatim contra illum insurgit novissime Theophilus Raynaud. *in tr. de Monitorij p. 1. c. 3. q. 4.* vbi sic asserit. Miror autem quid in mentem venerit Naldo, ut diceret, quamvis non interueniat sigillum confessionis, in ea commissione arctari cum protestatione prædicta, tamen perinde hominem arctari ad celandam rem sic commissam, ac si in confessione sacramentali fuisset concessita, hoc enim nullo modo verum est. Sic Raynaudus. Dicendum est igitur, tale arcanum sic alteri conceditum non obligare nisi sub secreto naturali, & in hoc sensu benigne interpretandus est noster Naldus, ipse enim negat tale arcanum cadere sub sigillo confessionis.

